(a) Valoroso capitano. Fu conduttore dello esercito della fede contro i Conti di Tolosa e di Foix, protettori dell'eresie detta dei poveri, e degli umili di Lione. Dichiarati decaduti dal Concilio Lateranense nel 1215 i detti Conti di Tolosa e di Foix, Simone ebbe l' investitura di loro stati. Nel 1218 però fu da essi scacciato di Tolosa, e ritornando allo assedio di quella città fu ucciso da un colpo di pietra scagliatogli contro dalle mura della città, e ciò avvenne il 23 di giugno.

(b) Ucciso in Inghilterra, ed il suo morto corpo fu villanamente vilipeso per ordine del Conte di Cornovaglia.

(c) A vendicare la morte del padre uccise, nella Chiesa di S. Silvestro di Viterbo, il figliuolo del predetto Conte di Cornovaglia, eletto Re de' Romani.

(*Nota di S. E. il chmo sig. Principe della Rocca*)

CXXV.

Stefano Talice da Ricaldone. Commento della Divina Commedia — Torino colle Stampe di Vincenzo Bona 1886 in fol. pag. 80; Inf., C. XII, v. 118-120.

« Poco oltre il Centauro s'affisse ecc. » — Mostrocci un ombra ecc. » — « Nunc ostendit qualiter Centaurus intravit vallem, et tunc monstravit alios violentos, qui stabant usque ad gulam in valle illa, et Nessus ostendit istos. Et fuit Anglicus caudatus et fuit rebellis Regis Aduardi, qui fecit suum patrem comitis Simontis (*sic*) trahi ad caudam asini. Tunc ille comes Montisfortis venit in Franciam, et ibi venit in amorem Karoli comitis Provincie et cum ipso Karolus omnia revelabat. Iste Karolus fuit invitatus ab ecclesia, si volebat Regnum Siciliae captum a Rege Manfredo. Tunc Karolus faciebat fieri unum viridarium pulcherrimum. Hoc videns Guido Montisfortis dicit: « hic deficit ferrum et ignis; o infelix, tu stas hic ad faciendum viridarium; vade in Italiam, et efficiaris Rex Sicilie. » Hoc dicto Karolus venit in Italiam et subiugavit Italiam, devicit Regem Manfredum. Tunc Guido Montisfortis factus fuit vicarius in Tuscia ab ecclesia, et ipso existente Viterbii Karolus venit ad curiam Pape. Ipso existente Karoli (*sic*; ?) in ecclesia episcopatus Guido Montisfortis vidit quemdam consanguineum illius regis Anglie, subitoque ipsum interfecit. Et sic recendens invenit unum famulum. Iste dixit: « quo vadis? -- « respondit: » recedo, quia feci meam vindictam. » — Iste dixit: « Certe non fecisti, quia ipsum non tranavisti, sicut pater tuus. » - Et cepit illum Henricum consanguineum regis et ipsum traxit per ecclesiam. Ipse mortuus latus fuit in Angliam et sepultus in ecclesia ubi reges sepeliuntur. Et in quadam piside retinebat cor eius imbalsamatum, retinebat gladius cum quo mortuus fuerat. Et etiam in alia manu retinebat cartam in qua sedebat (*sic*): « hoc cor saucium do cui consanguineus sum. » Ideo dicit: « ille est Henricus, cui cor est in Anglia prope terram ubi reges sepulti sunt. » — Et ibi est Tamis flumen prope illam terram. »

CXXVI.

Monaldeschi della Cervara. Commentario, ad an. 1270, fol. 53 *t°.*

« Nel sudetto anno, mentre che durava la sede vacante, successe che in Viterbo il Cte Guido di Monteforte, reggente in Thoscana per il re Carlo, uccise nella chiesa maggiore Henrico figliuolo di Riccardo già detto Impre. e fratello di Odoardo Re d'Inghilterra e per viva forza uscì salvo di Viterbo, e non ne fu fatto altra dimostratione, e d'indi tornando d'Africa venne in Viterbo il Re Carlo e Filippo nuovo Re di Francia, il Re di Navarra (?) et il Re d'Inghil-

terra; il quale si dolse per la morte di Enrico del Re Carlo e della corte de' Cardli., et adiratosi partì di Viterbo e venne in Orvieto, ricevuto con honore da tutti fece sepellire il corpo di Enrico nella chiesa di S. Francesco con pompa funerale grandissima, con la presenza di molti principi e signori, e diede detto Edoardo gran doni alla chiesa e fabrica di S. Francesco: come sin hoggi si vedono, e fece far la campana grossa in detta chiesa, e di Orvieto partì e tornò in Inghilterra. »

CXXVII.

Ioannis Capgrave. Liber de Illustribus Henricis. Londini, ap. Longman et Socios 1858, in 4., pag. 153.

«... In fine vitae suae iste (Henricus) ad Viterbiam veniens pro pace ecclesiae non mediocriter laborabat. Erat tunc schisma in ecclesia propter quod proceres totiùs orbis illuc conflùxerunt ut tunicam Dni. inconsutilem ab omni scissura schismatis servarent. — Contigit autem tunc Simonem de Monteforti et Guidonem fratrem ejus hinc interesse concilio, qui ab annis multis odio habuerant hunc principem benignum et patrem ejus, ac avunculum ejus regem, pro qua causa et publicis opprobriis ipsum, licet falso calumniabantur, dicentes, eum patrem eorum occidisse, dum rumor et rebellio baronum ebulliret in Anglia contra regem. Ipse autem Henricus excusationes pacis proferebat, rogans ut ista ad alias dies tractanda expectarentur; magis congruum existimans si inter cognatos et notos tractarentur, quam inter eos ad quorum notitiam nuda veritas pervenire non posset. Et contra ipsi filii iniquitatis, locum sibi patulum videntes et tempus opportunum, in uno solemni festo, post missarum solemnia, dum idem Henricus aliis egressis orationi et devotioni deditus esset, et causam ecclesiae sedulis precibus Dno. commendasset, irruentes in eum pessime homicidae trucidaverunt, et corpus ejus in loco sancto vulneribus impletum reliquerunt. Super quo commoti Cardinales ipsos homicidas excommunicationis vinculo ligaverunt: qui postea multis infortuniis vexati condignas sustinuere paenas (*sic*) suae transgressionis. — O vere beatum virum, dixerim, qui in bona et sancta obiit causa. Si enim, ut apud Augustinum (*Oper. edit. Parisien. 1679. Vol. II, col. 646, litt. g.*) habetur, causa facit martyrem, cur non iste, dicendus sit martyr ignoro. Causa ecclesiae erat in quo laborabat, locus sanctus erat in quo occubuit, falsa calumnia sibi imponebatur; et haec omnia patienter sustinuit. Videant qui haec legunt quid super hoc sentiunt: ego nil aliud sentio, nisi quod reputo eum beatum et sanctum. — Corpus ejus post ruinam (1) ex lege conditum

(1) Allude alle parole dell' epigrafe « Vrbe Viterbina fuit eius carne ruina etc.; » v. (pag. 46) innanzi la detta epigrafe.)

est, ac seratum qua condiuntur corpora de longe translatura. Nam acta sunt haec sub anno Dni. MCCLXXI tertio idus Maii (*sic*; *idest die XIII*); et delatum est corpus ad Londoniam eodem anno. Corde quoque ejus apud Westmonasterium prope scrinium reliquiarum Beati Eduvardi nobiliter collocato; corpus ejus usque Hayles honorifice deportatum est, atque reconditum, ubi expectat resurrectionis gloriam, quam in fine saeculi speramus venturam. »

CXXVIII.

Aldimari Biagio. Memorie storiche di diverse famiglie Napoletane e forastiere. Napoli Stampª. di Giacomo Raillard 1691, in. fol.; lib. II., n.° 175.; pag. 351.

« *Della famiglia Laurito Monforte.* — « In quanto poi alla famiglia Monforte non si può difficultare che é nobilissima essendo, che viene dalli Re Francesi, mentre Roberto Pio Re di Francia, figliuolo di Hugo Capeto, oltre de' figliuoli di Costanza sua moglie d'una altra contessa francese generò Almerico, che dal padre hebbe i territorii di Monforte, nella Gallia Celtica; edificò la città di Monforte, sopra di cui Simone suo figliuolo vi hebbe poi il titolo di conte. E si vede che fosse di sangue Reale, che li Romani davano titolo di consanguinea a questa casa, cosa che non facevano solo che a famiglie Reali, o vero illustrissime ad essi di sangue congionte, come furono i Monforte, Tuzziaca, Balza et alcune poche altre, secondo il Lellis (nella famiglia Sabrano) . . . Venne con Carlo I d'Angiò Guido fratello del conte Almerico di Monforte, che fu gran soldato e principale autore della conquista del regno, che perciò ottenne la città di Nola, Cicala, Monteforte, Atripalda, Forino con tutti i loro casali, quali feudi portò alla casa Orsina Anastasia sua figliuola per essersi casata con Ramondo Orsino, figliuolo di Gentile da chi sono stati posseduti per lo spazio di CC. anni. »

CXXIX.

Pandolfo Collenuccio - Compendio dell'istoria del Regno di Napoli. In Venetia 1613 appresso i Giunti in 4.; lib. V. caplo in annot.; p. 140., an. 1270.

« In Viterbo successe un caso stranissimo, e fu che il conte Guido di Monforte; il quale era per lo Re Carlo Vicario in Toscana uccise con uno stocco, mentre udiva messa, Arrigo figliuolo, o secondo altri nipote, del Re d' Inghilterra in vendetta della morte del conte Simone.... Del quale misfatto Carlo non fece nessuna

dimostratione; onde ne fu da tutta la corte grandemente biasimato, e ne rimase col re d' Inghilterra in grande inimicitia. »

CXXX.

Robertus de Boston. Chronicon Angliae; in Script. Variis Hist. Angliae. — Londini Typ. Gulielmi Bowyer 1723 fol. ad an. 1270., p. 117.

« Henricus filius Ricardi Regis Alamannie a Guidone di Monteforte et Symone fratre suo, dum rediret a Tripoli, apud Viterbium in ecclesia est occisus. Obiit pater ejus Ricardus Rex Alemannie et sepultus est apud Hayles. »

CXXXI.

Circa i meriti della casa Monforte verso la S. R. C. per le crociate in Oriente contro i Saraceni ed in Occidente cotro gli Albigesi, va consultato il Dionisio (*Sacrar. Vatic. Basil. Crypt. Monumenta.* edit. Pulcinelli. Romae 1828 in fol. fig. pag. 96 e 97.), il quale descrive il Mausoleo del celebre Amaury seniore, Conte di Monfort, sepolto nelle grotti Vaticane; e cfr. in proposito.

Wydsden. *Hist. Angliae script. varii* Londini 1652 vol. II. in fol. (edit. Fell.) — *Rer. Anglicar. Script.* Oxonii 1684 in fol.

I. Sparke. *Hist. Anglic. Script. varii.* Londini 1723 in fol.

Di Costanzo *Historia di Napoli.* Aquila 1582 in fol.

Troyli Placido *Hist. genle. del reame di Napoli.* Napoli 1747 Tom. I-X in vol. IV in 4.

De Monthénault d' Egly. *Histoire des Rois des Deux Siciles de la Maison de France.* Paris 1741. Vol. I-IV. in 12.

Meo Alessandro. *Annali Critico Diplomatici del Regno di Napoli della mezzana età.* Napoli 1785 Vol. I-XI in 4.

CXXXII.

Fr. Thomas Jazellus Ord. Praed. De Rebus Siculis, Decades Duae (in Thesauri Antiquit. et Historiar. Siciliae Io Georgii Grevii, Vol., IV. Lugd. Batav., excud. Petrus Vander Aa. 1732. fol.), lib. IX, cap. II. col. 575, ad an. 1287.

« . . . Iacobus (Rex Aragoniae) Rogerio (de Lauria Magno Admirato) venia data (ob inducias quae cum Francis eo ingnaro pepigerat) captivos in arces Siciliae vinctos praesidiis commisit, Raynaldo Velino pro restitutione arcis Ischiae (quam Gironum
lant) dimisso. Guido Montisfortis captivitatis socius in [illegible]
neris usu levandum incidit, sed ne adulterio se conta[illegible]
tem vitae praetulit. »

CXXXIII.

Geronymo Çurita, Anales de la Corona de Aragon. En Çaragoça per Lorenço de Robles 1610 in 4. Tomo Primero, fol. 320 t.°, an. 1287.

« ... Attento qu' el Conde Guydo de Montforte se havia mostrado tan capital enemigo suyo y de sus reynos, haziendo toda la guerra y danno contra su corona, que le fue possible, siguiendo el odio y enemistad, que con la casa de Aragon tunieron sus aguelos, la qual avian dexado como en herencia, tratasse con el Rey don Iayme su hermano, que le fuesse entregado, y se le embiasse con buena guarda, por que attende de castigar el Rey con esto los particulares injuras, que a el y a los reyes passados par los de su lina je se havian hechon : lo procurava per contentar al rey y reyna De Ingalaterra, que con grande instancia se lo pedian. - Fue este Guido de Monforte, el que mato en Viterbo a Henrico hijo de Ricardo, el que era hermano del Rey Henrico de Ingalaterra, y fue elegido por Rey de Romanos, en competencia del Rey de Castilla . . . y por esta causa procurava el Rey de Ingalaterra la vengeança, y castigo de aquel caso, que contra su casa se hauia cometido: pero segun uno de los autores Sicilianos de aquellos tiempos afirma el conde murio en la prison en Sicilia de una dolencia, de la qual le aconsejaron los medicos, que podia escapar, si tuniera participation con alcuna muger : y por no violar la ley de matrimonio, eligio antes la muerte: y fue muy raro exemplo en aquelos tiempos, y tanto mas señalado por que la condessa Margarida su muger, que fue hija del conde Ildebrandino vivio despues de su muerte dissolutamente ..... En las historias Inglesas y Franceses se escrive, que fue entregado el Conde Guido de Monforte al Rey d' Ingalaterra, y que murio en la prison, el qual fue gran enemigo de la casa de Aragon, como bisnieto del conde Simon de Monforte, que se hallò en la batalla de Muret, adonde murio el rey don Pedro, bisaguelo del Rey don Alonso. »

CXXXIV.

H. Stero Altahens. Annales; ad an. 1281; in Rer. Germ. Scr. Struvii. — Argentorati, sumptibus Ioan. Reinholdi Dulsseckeri 1717, in fol., Tom. I., p. 562.

« ... Misso a Papa illuc (in Romandiolam) Guidone de Monteforti Guido comes Montis Fererii (*sic* ; Feretri) restituit sibi ter-

ras per eum occupatas, et juravit ecclie fidelitatem et Romandiola tota, excepta Vrbinate, que civitas tandem compulsa hostiliter reversa fuit ad mandata Pape. »

CXXXV.

Io Cluver. Historiarum epitome. Wratislaviae sumpt. Esaiae Jelgibelli 1662 in 4.; p. 546.

« Hac via (Eduardus Rex Rex Angliae) novas pactus inducias ad regnum avitum recessit, Henrico etiam Riccardi Caesaris filio ad aram Viterbi maximam a Guidone Montefortio in patris sui vindictam mactato. »

CXXXVI.

Scipione Ammirato. Historie Fiorentine. Firenze per Amador Maffi Forlivese 1647, in fol. Tom. I, par. I, ann. 1270, pag. 146. lett. E.

« Venne in detto anno nella città Adoardo figliuolo d' Arrigo Re d' Inghilterra . . . onde tanto maggior pietà lasciò (in Firenze) nell' animo dei cittadini della sventura accadutagli a Viterbo. Venia egli col Re Filippo di Francia e col Re Carlo di Napoli e con altri Principi e Signori dalla guerra di Barberìa, ove era morto il Re Loduvico, il santo padre di Filippò e fratello del Re Carlo di Napoli. Et trovandosi tuttavia la sede vacante n' erano insieme andati in Viterbo per sollecitare con la loro autorità la creazione del nuovo Pontefice; nella quale dimora il conte Guido di Monteforte, volendo vendicar la morte del conte Simone suo padre, stato ucciso l'anno passato (*sic*) da alcun della casa Reale Inglese, uccise di sua propria mano, quando si celebrava il sacrificio divino, nella chiesa di San Silvestro, Arrigo conte di Cornovaglia, cugino carnale di Adovardo; di che egli, oltre il dolore, si tenea fortemente offeso dal Re Carlo, di cui Guido era vicario in Toscana. »

CXXXVII.

Ioannes Trithemius. Chronicon (seu Annales) Hirsaugiense; typ. — Monast. S. Galli 1690 in fol. Tom. II, p. 18; an. 1271.

« Anno MCCLXXI, indictione Romanorum XIIII, postea quam Cardinales biennio fere toto tanta pertinacia et bello intestino dissensissent ad invicem, quod eos neque timor Dei, neque hominum reverentia, preces, aut metus, sed neque principum terror emollire

potuerit, ut ecclie providerent de Papa; tandem necessitate compulsi ad electionem precesserunt inviti. Et quia nullus alteri Pontificatus honorem inter Cardinales favebat, convenerunt mutuo quod electo extra collegium dirigeretur. Apud Viterbium (1) itaque constituti Theobaldum Archidiaconum Leodiensem, natione Italum, patria Placentinum, in exercitu Xpianorum in Asia contra Saracenos in Papam elegerunt ... Evocatus post electionem de Asia Viterbium venit; Papatum assumpsit, dictusque Gregorius Xmus annis IV praesedit. »

CXXXVIII.

Campi P. M. St. eccl. di Piacenza T. II. lib. XIX, an. 1270, pag. 235.

« Edoardo, primogenito del Re d'Inghilterra, di fresco risanato s' era dalle mortali ferite ivi (in Soria) quasi nel principio stesso del suo arrivo d' improvviso dentro la propria camera (o tenda) ricevute per mano d'un (Saraceno), che secondo alcuni mandato a tal effetto da Guido Monforte, Inglese (*sic.*) per vendicarsi, se poteva, della morte di Simone suo padre, ucciso gli anni innanzi in battaglia dal detto Edoardo, havrebbe anche a Lui senza dubbio tolto in quel punto la vita, se correndo tantosto al romore i suoi cortiggiani, non havessero afferrato l'assalitore et in un tempo laceratolo a pezzi vivo. »

CXXXIX.

Ivi, anno 1270. T. II. p. 236.

« Sdegnati assai di quest'atto (cioè dell'assassinio di Enrico) e della tardanza nell'eleggersi il Pontefice partirono poco appresso i due re da Viterbo. Et i Cardinali... nulladimeno per più mesi ne differirono l' essecutione, salvo se creder non vogliamo che allora e non prima eleggessero, secondo che scrivono alcuni, per industria specialmente del Cardinale Ottaviano Ubaldini, il B. Padre fra Filippo da Fiorenza dell'Ordine de' Servi, il quale dicono che tale dignità rifiutò et a far penitenza in alcune montagne si ritrasse. Comunque ciò si fosse certo è che non seguì l' effetto di dare il successore a Clemente infintanto che verso la fin d'agosto (1271) il Cardinale Portuense, addimandato Giovanni, motteggiando gratiosamente e non senza un poco di collera, disse, e propose al S.

(1) Il palazzo Papale è dentro Viterbo, ma al confine Ovest-Nord-Ovest della città.

Collegio alcune ragioni, che furono almen bastevoli a disporlo per fare siccome poi fecero tutti, a persuasione di S. Bonaventura, al-l' hora generale del suo Ordine, un compromesso in VI di loro, i quali avessero piena facoltà di nominare et eleggere o cinque di essi il collega, o tutti VI unitamente qualche altro del collegio, o fuori anche del collegio dentro a due giorni ... E così finalmente n'avvenne per Iddio gratia, che nel 1° di Sett. i prefati VI Cardinali elessero il nostro pio Tebaldo di Piacenza. »

CXL.

Sylvester Petrasancta et Petrus M^a. Campi. Vita Gregorii X. Papae. Romae. Typ. Haeredum Corbelletti 1655 in 4. cap. VII, pag. 15.

« Lugebat jam annos duos et menses amplius IX ecclesia Romana suam viduitatem... causa haec morae tam diuturnae ex alio capite cardles haud erant tam aegro Senatu ut idoneos aliquos non haberent quos eveherent ad Pontificatum. Pauci quidem numero erant, hoc est solum VII et X., sed ex quibus postmodum IIII fuerunt summi Pontifices Adrianus V, Nicolaus III, Martinus IV, et Honorius IV. — Itaque vel horum paria merita et quod haud magnopere invicem excederent, vel Cardinalium nationes duae ambae potentes Gallorum, atque Italorum distrahere comitia potuerint, cum VII essent Galli et Itali alii, atque ex his Romani V; omnes vero generi sui certatim supremi sacerdotii honorem praeoptarent. — Obierat alioquin Federicus Caesar, nec externa vis ulla erat quae comitiis afficeret. Reges alii et Principes deprecabantur potius damnosam eam tarditatem et reipsa Philippus Rex Galliae, ac patruus eius Carolus Rex Siciliae, tunc ex Africa reduces, una cum sacris exuviis S. Ludovici, excursione facta ad Centumcellas Viterbium ad Cardinales venerunt, ac peroraverunt ut viduae dudum Ecclesiae sponsum tandem invenirent. — Tanta duorum Regum auctoritas et praesertim S. Ludovici augusta vis et maiestas, quae mortuo quoque inerat et adhuc ecclesiae patrocinabatur induxit, opinor, Cardinales, ut siquidem satis convenire omnes universa suffragatione haud potuerant, missis in compendium comitiis, costituerent saltem aliquos, qui ferrent suffragia et pontificem crearent. — Ergo Cardles VI electionis futurae arbitrii fuerunt nempe, (1) Symon Paltinerius Patavinus tt. S. Martini Presb. card.; Guido patria Burgundus tt. S.

(1) V. Cristofori F. *Misc. St. Viterb.* T. I. pag. 208. 210.

Laurentii in Lucina Presb. Card.; Riccardus Hannibaldensis de Molaria Romanus tt. S. Angeli Diac. Card.; Octavianus Vbaldinus Florentinus tt. S. Maria in via Lata Diac. Card.; Io. Cajetanus Vrsinus Romanus tt. S. Nicolai in carcere Tulliano, ex quibus hic postremus fuit sese etiam Romanus Pontifex, nimirum Nicolaus III. — His potestas erat ant quini unum ex hoc numero cardinalium caetu, aut quemlibet ex universo Senatu, totave etiam ecclia seni eligerent. Consilia conferunt, suffragiaque miscent aliquoties, sed sine successu. — Ergo S. Bonaventurae, qui ordinis S. Francisci erat Antistes generalis, judicium et sententiam explorant; isque solam intuens virtutem circumscriptam a phateris quibusvis, seu dignitatum, seu magnae fortunae quae oculis saepenumero fascinum obtrudunt designavit Pontificem Theobaldum Vicecomitem Archidiaconum Augustae Eburonum et virum qui de Italia, de Gallia, de Germania per quam optime meritus, Asia tunc proderat ageris in Palestina, quasi angusta esset Europa illius beneficae charitati. — Sex viri Cardinales comitiorum arbitri consensere statim, et Theobaldum, cujus aut audierant famam, aut fuerant experti praesentiam, Pontificem renunciarunt. Secuta est omnium ordinum gratulatio, praecipuaeque dnorum Regum Philippi et Caroli, qui in sua mox regna voti compotes remigrarunt. »

CXLI.

Henricus Card. (Hostiensis nuncupatus vulgariter) de Bartholomaeis, seu de De Segusio. In primum decretalium Librum Commentaria. Venetiis apud Iuntas 1581 fol. Vol. I; in capite. — « Nisi cum primum » de renunciatione, n. 32, fol. 91. *t.*

« *Humliter obedire.* » Ar(gumentum? arguitur?) contra Viterbienses arctantes Cardles ad Papam faciendum, precise propter quod ipsos omnes in una domo incluserunt ipsam discooperiendo et eis privatas cameras subtrahendo, et quod nisi papam facerent victualia eisdem subtrahere comminando (contra hoc quod hic dicitur et s. de pastu. praela. c. 1 § nos igitur et j. de maio et obe. cum inferior cum suis concor. et s. de dic. quisquis et c. Massana de quo dic. ut non s. de clec. licet §. praeterea). Accidit autem ut in illa arctatione gravem infirmitatem incurrit episcopus Hostiensis *(ipse auctor libri)* adeo quod ei mortis periculum imminebat, propter quod cum aliter non posset obtinere educi de carcere, renunciavit ea vice in praesentia Cardlium de qua renunciatione inter peritos fuit dubitatum an valeret et multifarie altercatum.... » — E questi era testimonio oculare dei fatti narrati; onde la sua testimonianza è di grandissimo peso.

CXLII.

Razzi Silvano, Vite dei Santi e Beati Toscani; in Firenze nella Stamperia de' Sermartelli 1627 in 4.; 2. ediz. — Vita del B. Filippo Benizi Fiorentino, pag. 347.

« (an. 1275)... È anche fama che trovandosi (S. Filippo Benizi) in Viterbo nel tempo della sedia vacante per morte di Papa Clemte. IV i Cardli, adoperandosi a tutto suo potere il Cardle. Ottaviano Vbaldini suo amicissimo e nipote d'Innocenzo IV, Protettore dell'Ordine, lo volessono eleggere Sommo Pontefice, e che certo l'haurebbono fatto se non si fosse fuggito. E' qui è che in alcune pitture antiche si vede effigiato con il regno (Triregno) Papale a'piedi, quasi mostrando che non per viltà, ma per humità facesse così gran rifiuto. Partitosi dunque, anzi fuggitosi di Viterbo, si ritirò a fare asprissima penitenza nella montagne che dicono la Montamiata.... »

CXLIII.

Campi S'. Placent. l. c. Tom. II. p. 235.

« I cardinali trattanto che dimoravano in Viterbo, quantunque pochi fossero, erano nondimeno così mal d'accordo fra loro, che nello spatio di due anni, nei quali già vacava l' apostolico seggio per la morte di Clemte. IV, non gli havevano per anco sostituito veruno, procurando ciascuno di essi di per sè di salire a quell' altissimo grado, o come altri scrissero cercando tutti di eleggere un degno successore di Clemente Santissimo Pontefice, che col grido di molta santità uscito era dalla presente vita.... Con tutto ciò gli altri Cardinali (dopo l' uscita dal conclave dell' Ostiense e lo scoperchiamento del tetto), che in quel sì angusto e travaglioso serraglio rimasi erano, stettero ancor duri nel venirne alla bramata elettione, non senza molto biasimo di tutto il collegio, che invece di persuadere agli altri la pietà e la concordia recava scandalo e rovina alla christianità tutta. Onde si ridussero con sì ostinata contesa all' anno 1271.... »

CXLIV.

Ibid. l. c. Tom. II. p. 236, an. 1271.

« Dalla quale pergamena (1) con chiarezza si scuopre non essere i Cardinali allhora se non XVII, e che due di loro non

1 È riferita da me nel Tom. della *Misc. St. Viterb.* T. I. pag. 210.

erano nel concistoro in quel punto, cioè il Card. Portuense, il quale ancor che desse l'assenso al compromesso, non volle però nel concistoro entrare, per dubbio havuto, che gli ostinati animi di alcuni non protraessero ancora in lungo la speditione, et il Cardle. Ostiense, perchè uscito già egli per la pericolosa e gravissima infermità sua non vi era più rientrato, e ceduto haveva ogni ragione; ma succeduta l'elettione in Tebaldo, ambedue dentro il concistoro chiamati approbarono tostamente il tutto, et insieme con gli altri humilmente, et devotamente accettarono per Pontefice esso Tedaldo. »

CXLV.

Cherubinus M.ª Dalaeus, in Vita S. Phil. Benitii; ap. Bolland. Acta SS. Aug. Tom. IV, (Venetiis 1752, ap. Seb. Coleti, in fol.) lib. II., cap. V. n. 115. an. 1270, p. 684.

« ... Externa universalia mala uno domestico, atque intestino, eoque palmari cumulabantur; incredibili videlicet, et quae diu tenuit varietate studiorum, ac voluntatum Patrum in deligendo Pontifice, eoque incommodo praeter caetera, vel inde plurimum diuturnitatis accedebat, quod ea aetate secus, ac nostra mos erat aperto loco, ac publico ea comitia celebrari. His ergo aliis alios ad Pontificium fastigium nominantibus cardinalis Octobonus ordinis nri (*Servorum B. M. V.*) protector, et Octavianus de Vbaldinis, et horum sequuti auctoritatem plerique caeterorum Patrum Purpuratorum, Philippum proponunt ratione consilii sui, ac sententiae in Bti. Patris summa prudentia, eximia doctrina, ardenti zelo, et quod caput est in prodigiosa sanctitate, cujus recens argumentum oculis sese adhuc, atque animis ingerebat fundantes. Quae, ut agebantur in loco aperto, atque in multorum mortalium frequentia, facile eorum, quae tractabantur rumor per urbe manavit, qui ut talis ad Philippum quoque pervenit, supra quam credi potest illius animum effecit... Et quoniam verebatur ne post ea progressa horum procerum studia ut, quod fit, collocaretur in Pontificio solio ad Cardinalem Protectorem (*Octobonum*) accedit, eumque vehemente orat, monetque, ut coeptis absistat, et tractata pro sua prudentia, et cura retractet; tum velut rogatae operae praetii loco, spiritu prophetico Cardli vaticinatur insummet (*sic*; ipsummet) brevi ad Pontificatum evehendum, sed brevi, atque exigua tantae dignitatis, vitaeque usura vitam finiturum; quae omnia exacte evenerunt: mortuo enim Innocentio V suffectus est Octobonus, sub Hadriani V. nomine, anno ab illata salute MCCLXXV (*sic*; 1276), nec in pontificatu diutius quam unico mense vixit. (1) Et quod ad rem quidem attinet, si quis

(1) cfr. Cristofori F. *Misc. St. Viterb.* Tom. 1, p. 117, e segg.

coniecturis et imaginum ac statuarum monumentis locus est ubi de veritate constat historica, tergeminam coronam Pontificiam, quam vulgo *Regnum mundi* appellant, ad exprimendum quod a capite repulsa fuerit ad pedes Philippi pinxit, sculpsitque illa antiquitas, et mediae ad nostram usque aetates, ut argumento sunt perantiquae hujusce rei memoriae.... »

CXLVI.

Ptolomaeus Lucensis, in Hist. eccl., lib. XXII, cap. XLII, et XLIII, an. 1270., ap. Murat. Rer. It. Scr. T. XI, col. 1164.

« Anno eodem circa finem, adhuc vacatione existente Romane ecclie, et Cardles erant in palatio Viterbiensi. Venerunt illuc isti duo reges, videlicet Rex Francorum Philippus, et Rex Sicilie Carolus cum nobili comitiva Baronum, et militum, porrexeruntque preces collegio Cardlium pro creatione expedienda summi Pontificis... Anno dni. MCCLXXI in festo Sci. Egidii Cardles ad electionem convenerunt in Archidiaconum Leodiensem, qui vocatus est Gregorius... Cardles. igitur in ipsum dirigunt vota, existentes in palatio Viterbiensi. Hic rediens de ultra mare... veniens Viterbium ubi erat collegium cardlium, acceptato Papatu, vadit Romam, ibique coronatur et consecratur. »

CXLVII.

Queste mie brevi note ed illustrazioni valgano in parte a far conoscere le singole fasi di quel memorando Conclave. Ed altre varie note faranno seguito ai documenti relativi al processo del sacrilego Guido, che fedelmente trascritti dagli originali Vaticani testualmente esibisco, varii di essi essendo tuttora inediti, per la prima volta in queste pagine, chiosandoli con varie e brevi chiose, ove il testo a parer mio rimarrebbe oscuro al cortese lettore.

APPENDICE I.ª

PROCESSVS

CONTRA GUIDONEM DE MONTEFORTI

SUPER MORTEM QVONDAM

HENRICI DE ALEMANNIA

Reg. Vatic. Vol. 37. — *Greg. PP. X. an. I. epist. LII. fol. CXVII.*

I.

(Cfr. P. G. Della Valle. — St. del Duomo d' Orvieto, p. 73.)

Citatio contra Guidonem de Monteforti super mortem quondam Henrici de Alamannia.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. — Ad certitudinem presentium, et memoriam futurorum. -- Quondam Henrici de Alamannia clare memorie Riccardi in Romanorum Regem electi primogeniti sanguis effusus immaniter profundi ad nos vocem clamoris exaltat, et horrendam effusionis sue seriem nostris cospectibus lugubri repetitione presentans, homicidium defert, fratricidium infert, sacrilegio ex loco patrato sceleris arguit, Deo, ecclesie, nec non, et principibus tunc in curia Romana presentibus illatam, injurias alias

nichilominus ejusdem sceleris circumstantiis detestandis expositis, ex quibus alia diversa, et immania etiam crimina non omittit. — Horum omnium quondam Simonem, et Guidonem de Monteforti fratres principales, et notorios reos clamat, eorumque in hoc fautores et complices eisdem criminibus denuntiat involutos, lacrimabiliter queritur in tam execrandis excessibus dilatam huc usque fore vindictam. Nec subricet, sed vulgi clamore concurrente submurmuratur justitie non modicum ex tanta dilatione detractum. Hinc instanter expostulat in Guidonem, fautores, et complices memoratos exeri (*sic* ; excerceri ?) debite ultionis aculeos, et Guidonem ipsum, precipue cum quasi omnium oculis ejus culpa se ingerat, cum tamtorum (*sic)* criminum reus ipsa facti evidentia convincatur, nec non, et eosdem suos fautores, et complices iuxta culpe qualitas debita severitate puniri. — Licet autem Ecclesie Romane vacatio, et promotionis nostre novitas ingruentium (*sic*) undique negotiorum mole gravata persequendi iuxta exigentiam justitie tantos excessus usque adhuc liberam non permiserit facultatem, tamen ut tanto, tamque notorio flagitio castigato condigna non desit, nec sine vindicta crescat in aliis adeo detestabilis severitatis audacia per exemplum, cum fratribus nostris deliberatione prehabita, cogente iustitia, nunc saltem prosequendum fore nostro officii debitum circa ista, et excessuum qualitati formam nostrorum processuum censuimus conformandam. -- Ideoque cum de memorati Guidonis sevitia ex retroacte vite consideratione presumptione probabili timeatur infrascriptum modum citandi Guidonem, fautores, et complices memoratos, de ipsorum fratrum consilio degentes tenore presentium peremptorie, presente multitudine copiosa fidelium citamus, eosdem, ut idem Guido specialiter, ac prefati complices, et fautores infra quindecim dierum, numerandorum ex nunc spatium, quod eis pro peremptorio termino assignamus, ad definitivam super premissis omnibus, et singulis sententiam et nostros processus alios audiendos compareant personaliter coram nobis, recepturi pro (*meritis*? *mandatis*?)... et nostris precise beneplacitis parituri. Alioquin sive venerint, sive non, nichilominus ad premissa, prout expedire videbimus procedemus. — Ceterum ne dictus Guido, satagens forsan nros processus eludere quoquomodo, causetur iter ad eandem curiam, vel ipsam sibi non esse securam, et specialiter propter charissimum in Xpo filium nrum. E(duardum). Regem Anglie illustrem cum magna comitiva, prout regalem decet excellentiam, in curia ipsa presentem infrascriptas securitates, quas de ipsorum fratrum consilio approbamus, ac sufficientes, ac idoneas esse decernimus ei offerendas duximus. prout subicitur concedendas. -- Ipsum siquidem Guidonem, propter hoc ad nram presentiam cum competenti familia venientem, et hujusmodi ejus familiam a tempore itineris ad hoc arrepti recipimus, quoad omnes

ipsius adversarios, sub nri securitate conductos. (1) Cumque postquam ad praefatam curiam pervenerit ab eisdem adversariis nri. protectione tuebimus, et per alios ad id attenta diligentia deputandos faciemus ab eorumdem adversariorum offensis securo tutanime custodiri. — Et insuper, si memoratus Guido id elegerit, ac a nobis infra prefixum sibi terminum, tpre competenti peticrit, usque ad confinia terrarum Comitis Aldebrandini, dicti Rubei, ejusdem Guidonis soceri, nobis viciniora, sufficentem militum, et non suspectorum verisimiliter destinare curabimus comitivam, qui eum ad eandem curiam secure deducent. — Et nichilominus memoratum regem, et suos, vel illos ex eis, quos idem Guido sibi suspectos dixerit, curiam eandem faciemus exire, deputaturi eis ad morandum locum, seu loca competentia, ita quod idem E(duardus). eorum timore non possit offensam, et provisuri, quod ad alia loca ipsi curiae proximiora non veniant, donec idem Guido inibi presens fuerit, nec per unum diem postquam inde recedet. — Suprascriptas vero securitates eumdem Guidonem ita demum habere volumus, et non aliter, si tpre petitionis hujusmodi nobis idem Guido per instrumentum publicum suo sigillo munitum fidem fecerit se prestito, tactis corporaliter sacrosanctis evangeliis, iuramento firmasse, quod iuxta suprascripte citationis nre formam coram nobis personaliter in prefixo sibi termino comparebit. (2) - Porro memoratum Comitem Rubeum, ac suos eius temporis familiares, et socios, quos per alias sub certa forma litteras citari mandamus, volumus citatione hujusmodi comprehendi. - Sane, ut contra hujusmodi nrum processum omnis calumnie tollatur occasio, ipsum in diversis locis vicinis, infra septem dies hujusmodi citationem immediate sequentes providimus denuntiari publice, ac solemniter publicari. -- Et ut idem processus ad comunem omnium notitiam deducatur, certas (*litteras*), sive membranas processum continentes eundem in majoris eccle Vrbevetane appendi, vel affigi hostiis, seu superliminaribus faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio, et patulo judicio publicabunt. — Ita quod predicti Guido, fautores, et complices, quos processus ipse contingit nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod ignorarint eundem; cum non sit verisi-

---

(1) Il Papa santo è uno dei più grandi benefizi che il clementissimo Dio, di tanto in tanto suole impartire al Popolo Cristiano. E la santità del X. Gregorio più che nel formale processo, per l' approvazione del culto immemorabile a lui prestato in patria, ed altrove, risulta dal Registro delle sue lettere, monumento imperituro di ecclesiastica, e civile sapienza.

(2) Si noti con quanta giustizia procedette il virtuosissimo Papa Gregorio X. contro il sacrilego omicida, non ostante la temerità di lui a far sì che per diuturna contumacia quell' atroce misfatto rimanesse impunito.

mile remanere quoad ipsos recognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. — Actum apud Vrbem Veterem in Palatio nro., Kalendis Martii, Pontificatus nri anno primo.

II.

Reg. Vat. vol. 37., epist. LIII. fol. LXVII. t.°

(cfr. Potthast Reg. T. II., N. 20682. Pag. 82.)

Mandatur citari predictus Guido apud civitatem Suanensem.

Gregorius eps. etc., — Magro Rainerio capellano nro. preposito Florentino. — Super notorio et horrendo flagitio in quondam Henricum de Alamannia, clare memorie Riccardi in Romanorum Regem electi primogenitum, non sine nulla immanitate commisso Guidonem de Monteforti, ac suos in hoc fautores, et complices, ac fratrum nostrorum consilio citavimus in forma subscripta - « Gregorius « eps servus servorum Dei. - Ad certitudinem presentium, et memo-« riam futurorum -- Quondam Henrici de Alamannia, clare memorie « Riccardi in Romanorum Regem electi primogeniti, sanguis effusus « immaniter profundi ad nos vocem clamoris exaltat etc (ut in proxima superiori, usque Kal. Martii, pontificatus nri anno primo). — Vt igitur in tanto negotio cautius, et tutius pracedatur, volumus, et aplica tibi auctoritate mandamus, quatenus ad civitatem Suanen. accedens, voce preconia, seu per sonum campane, vel alias, prout expediens fore putaveris, convocato clero, et populo in majori eccle civitatis ipsius, vel alibi, sicut videris expedire hujusmodi nrum processum presentes litteras distincte per te legendo, vel per alium legi faciendo, ac etiam exponendo denuntiare publice, ac publicare solemniter, totumque tenorem eorundem litterarum in hostiis, seu superliminaribus, sive alias in aliquo loco publico appendi, vel affigi procures, ut in evidenti positus veritatem processus ejusdem cunctis insinuet, et testetur. — Porro hujusmodi denumerationem, publicationem, et cetera supradicta exequi te volumus, et mandamus infra sex dies a data presentium numerandos. Quicquid autem super hiis feceris nobis per tuas litteras patentes, harum seriem continentes, studeas fideliter intimare. — Datum apud Vrbem veterem VI. nonas Martii, Pontificatus nri anno Primo.

III.

Ibid. epist. LIIII., fol. LXVII t.°

Littere citatoris misse dno PP.

Sanctissimo patri, et dno, dno Gregorio divina providentia summo Pontifici. — Rainerius humilis ejus subditus, et Capellanus pedum oscula beatorum. — Sanctitatis vre recepi litteras in hac forma: — « Gregorius epus Servus Servorum Dei, dilecto filio magro Rayne- « rio Capellano nro. preposito Florentino, salutem et aplicam bene- « dictionem. - Super notorio, et horrendo flagitio in quodam Henri- « cum de Alemannia etc (*ut in superiori proxima, usque* VI Non « Martii Pont. nri anno primo)... ». — Mandatum itaque vestrum cum omni reverentia; cupiens efficaciter, et fideliter adimplere, personaliter ad civitatem Suanensem accessi, et ibi ad sonum campane, ac voce preconia. convocatis clero, et populo universo civitatis ejusdem, et V Nonas presentis mensis martii convenientibus ipsis in platea publica, et adstantibus ibi multitudine copiosa, predictum vestrum processum eis denuntiavi publice, ac solempniter publicavi; legi etiam faciendo per notarium infrascriptum distincte ipsum processum totum, et seriosius exponendo, et tenorem litterarum vestrarum de verbo ad verbum, in autenticam formam manu ejusdem notarii scriptum, ac publicatum, ac nro sigillo munitum ostiis (*sic*), majoris ecclie Suanensis, ubi frequentior populi est concursus, in mea suspendi, et affigii presentia procuravi, ac ad majorem hujus rei cautelam cum invenerim nobilem virum comitem Aldebrandinum, dictum Rubeum, secundum ea que mihi vive vocis assertionem pandebat, paratum ad ecclie beneplacita prosequenda induxi, eundem rogavi, et injunxi, quod tenorem dictarum litterarum, quem sibi manu infrascripti notarii autenticatum, et meo sigillo munitum assignavi predicto Guidoni de Monforti faceret presentari; qui quidem comes incontinenti quodam nuntio fideli suo vocato, et jurato, ut asseruit, tradidit exemplum dictarum litterarum vestrarum, de dicto tenore de verbo ad verbum transcriptum eidem, et districte, in virtute prestiti juramenti mandavit, quod incontinenti, omni quiete omissa, ad predictum Guidonem accederet, et ei exemplum traderet suprascriptum, et ex parte sui comitis sibi suggereret, quod precise debeat ecclesie facere, et observare mandata, quod dictus nuntius in mea

presentia iter accipiens facere se promisit. (1) Ad horum autem omnium fidem pleniorem habendam presentes feci meo sigillo pendenti muniri, et in publica forma conscribi. — Ego Aldebrandus de Naucleriis de Mazancollo Imperiali auctoritate ordinarius judex, et notarius predicta de mandato predicti Raynerii Capelani dni. PP., prepositi Florentini, prout superius legitur, publicavi, et scripsi in apostolicis litteris, plumbea bulla pendente, de verbo ad verbum inveni, sub anno a nativitate dni MCCLXXIII, Indictione prima, tpre dni Gregorii X. PP.; die tertio mensis martii; in platea publica civitatis Suanen.; presentibus dno Rubeo milite dni Comitis Aldebrandini dicti Rubei Preite *(sic)*, qui fuit de Aretio, Petro Spagnolo, et pluribus aliis testibus ad predicta.

IV.

Ibid. epist. LV. l. c.

Mandatur citari predictus Guido apud civitatem Castri.

Gregorius eps. servus Servorum Dei — Magro Marcellino Capellano nro, Archidiacono Anconitano; Salutem etc. — Super notorio et horrendo flagitio in quondam Henricum de Alamannia clare memorie Riccardi in Romanorum regem electi primogenitum etc. (*ut in alia proxima superiori, usque*)... volumus et auctoritate aplica tibi mandamus quatenus ad civitatem Castri accedens, voce preconia, seu per sonum campane etc (*usque*),.. fideliter intimare. — Datum apud Vrbem Veterem VI Non. Martii. pontificatus nri. anno primo.

V.

Ibid. l. c. epist. LVI.

Littere dicti citatoris misse dno. PP.

Sanctissimo patri, ac dno, dno Gregorio divina providentia summo Pontifici; Marcellinus ejus subditus et Capellanus, Archidiaconus Anconitanus pedum oscula beatorum. — Sanctitatis vre recepi litteras in hac forma. « Gregorius Eps Servus Servorum Dei; dilecto filio Magro « Marcellino capellano nro, Archidiacono Anconitano. Salutem, et Apli-

(1) Questo di Guido Monforte è uno dei più celebri processi del medio Evo. Mi riuscì finora di raccoglierne vari atti, i quali resi di ragione pubblica chiariranno questo famoso episodio del Divino Poema.

« cam benedictionem. - Super notorio et horrendo flagitio in quondam
« Henricum de Alamannia, clare memorie Riccardi in Romanorum
« Regem electi primogenitum etc. — *ut in tertia superiori proxima,*
« *excepto ubi dicitur* civitatis Suanensis *ponatur* Civitatem Castri
« *usque* VI. Non Martii anno anno primo. » — Mandatum itaque vestrum cum omni reverentia cupiens efficaciter adimplere ad civitatem Castri personaliter accessi, et convocatis per sonum campane et voce preconia, et convenientibus clero, et populo civitatis ipsius in majori ecclia civitatis ejusdem, predictum vestrum processum eis denuntiavi publice, ac solempniter publicavi, predictas vestras litteras distincte legi, per infrascriptum notarium faciendo, ac etiam exponendo, totumque tenorem litterarum ipsarum per eundem notarium in publicam formam redactum, meoque sigillo munitum in hostio prefate Castrensis eccle in mea presentia appendi, et affigi feci. -- In cujus rei testimonium presentes litteras Sanctitati vestre transmisimus, sigillatas sigillo meo, et manu publica roboratas. -- Actum in majori eccla prefate Civitatis Castrensis, anno dni M°CC°LXXIII°, Indictione prima, mensis martii die quarta, pontificatus nri anno primo. Presentibus Angelo, Ranucii, Lancellocto, Petro, et Petro Canonicis Castrensibus, dno Johe de Balneonregio Vicario Potestatis dicte civitatis, Magris Simone, Pandulfo, et Simone Notariis; Ranutio Doni, Francisco Iohis Rainerii, Vitricio, Marco Albertini Pisani, Iacobo Pbri (*sic*) Iohis, Baldo Fulkini (*sic*), et magro Nicolao phisico Civibus Castren. vocatis, et rogatis testibus. — Et ego Iohes Alberti de Guarcino auctoritate Sedis Aplice publicus notarius premissis omnibus, que per dictum Magrum Marcellinum acta fuerunt interfui, et ea omnia de mandato ipsius scripsi, et in publicam formam redegi, meoque signo signavi.

VI.

Ibid. epist. LVII (212), fol. LXVIII t.°

Mandatur citari predictus Guido apud Castrum Montisalti.

Gregorius eps etc. - Magro Vberto Blanco Capellano nro, Canco Placentino; salutem et Aplicam bnem. -- Super notorio, et horrendo flagitio in quondam Henricum de Alamannia, clare memorie Riccardi in Romanorum Regem electi primogenitum etc (*ut in quinta proxima superiori usque*)... volumus, et Aplica tibi auctoritate mandamus, quatenus apud Castrum Montisalti Grossetanen. dioc. accedens, voce preconia, seu per sonum campane etc. *usque* fideliter intimare. — Datum apud Vrbem Veterem VI Nonas Martii pontificatus nri anno primo.

VII.

Ibid. epist. LVIII (112), fol. LXVIII t.°

Littere citatoris, misse dno Pape.

Sanctissimo patri, et dno, dno. G(*regorio*). divina providentia Summo Pontifici, Vbertus Blancus humilis eius subditus, et capellanus, Canonicus Placentinus, pedum oscula beatorum. — Sanctitatis vestre recepi litteras in hac forma: — « Gregorius eps, Servus Servorum « Dei. - Dilecto filio Magro Vberto Blanco, Canonico Placentino, sa-« lutem, et Aplicam Bnem. — Super notorio et orrendo (*sic*) flagitio « in quondam Henricum de Alamannia etc. (*ut in quarta proxima « superiori, excepto ubi dicitur* Civitate Suanensi *ponatur* Castrum « Montisalti) *usque* VI Non. Martii anno primo. »., — Mandatum itaque vestrum cum omni reverentia cupiens efficaciter adimplere, ad suprascriptum locum accessi, et ibidem ad sonum campane, ac voce preconia ejusdem loci clero, et populo convocatis, et convenientibus in multitudine copiosa, predictum vestrum processum denuntiavi publice, ac solempniter publicavi, legendo distincte ipsum processum, et seriosius exponendo. — Tenorem quoque predictarum litterarum vestrarum de verbo ad verbum in dicto loco, ubi populi frequentior est concursus in mea suspendi, et affigi presentia procuravi. Et nichilominus sigillo proprio, et prioris Sci Angeli, et comunitatis ejusdem loci sigillavi. — Actum est anno MCCLXXIII. indictione prima, die sabbati quarto intrante, mensis martii, in loco Montisalti, in platea Sci Iohis, ubi moratur Potestas ejusdem loci in plena, et pubblica contione, coram pbro Iuliano priore Sci Angeli, dno Cristopharo (*sic*) priore Sci Leonardi, pbro Vberto Sce Marie, Iacobino Manzino de Bononia Iudice potestatis dicti loci, Bonifatio Radino vicario in dicto loco pro Dno Vicecomite Capitaneo in patrimonio Beatorum Petri et Pauli in Tuscia, Lambertino Daniellis notario curie, Pbro Guilelmo Sci Nicolai, dompno Iacobo Sci Leonardi testibus rogatis. — In cujus rei testimonium presentes litteras publica manu scriptas Sanctitati vestre transmitto sigillatas sigillo meo. — Ego Vbertus de Resonato de Placentia notarius, suprascriptas litteras dni pp. bullatas bulla plumbea, sanas, integras in filo, et bulla, nec in aliqua sua parte vitiatas vidi, et legi ipsis litteris legendis, et exponendis per dictum dnum Vbertum presens fui, et inde rogatus ita scripsi.

VIII.

Ibid epist. LVIIII (213), fol. LXVIII t.º IV. VIII.

Mandatur citari Comes Aldebrandinus, dictus Rubeus, apud civitatem Suanensem.

Gregorius eps etc.

Magro Rainerio Capellano nro, preposito Florentino. Salutem etc. — Horrendi sceleris iu quondam Henricum de Alamannia, clare memorie Riccardi in Romanorum Regem electi primogenitum, flagitiose commissi, clamosa instantia excitati, Guidonem de Monteforti, quem principalem auctorem tanti flagiti notitia comunis exclamat: nec non et ipsius complices, et fautores, nuper sub certa forma citavimus, edicentes aperte, quod comitem Aldebrandinum, dictum Rubeum, eiusdem Guidonis socerum, ac suos ejus temporis familiares, et socios volebamus, nec adhuc volumus citatione hujusmodi comprehendi. — Verum cum ipsius Comitis non solum in veniendo eodem tempore cum memorato Guidone Viterbium, sed etiam accedendo ad locum hujusmodi sceleris patrati societas, et dum tantum committebatur flagitium in eodem loco cum sua comitiva manifesta presentia eundem comitem, et predictam comitivam ipsius ejusdem sceleris, et emergentium ex eo criminum non solum denuntiare fautores, verum etiam manifestare socios, et complices videatur, et subsecuta postmodum receptatio memorati G(uidonis), alieque diverse circumstantie comitis ipsius culpam augmentent, urgente conscentia dissimulare nec volumus, nec valemus, quin in premissis contra comitem, suosque familiares, et socios memorates nostri partes officii exequamus. — Ideoque cum fratribus nris deliberatione prehabita, de ipsorum consilio presentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ad presentim memorati comitis in civitate Suanensi consueto ejus domicilio vel in alio vicino loco terre sue, si forsitan ibi degit accedens, ipsum presentialiter, si copiam sui faciat, alioquin in dicto domicilio, nec non et predictos ejus familiares, et socios in aliquo publico Civitatis eiusdem loco peremptorie citare procures, ut cento decimo die post citationem nram, quem eis pro peremptorio assignes termino, cum competenti familia personaliter compareant coram nobis, facturi et recepturi super premissis quod iustitia dictaverit et viderimus expedire, ac nris precise beneplacitis parituri, — Ceterum, ut dicto comiti omnis tollatur occasio pretendendi curiam nram, vel iter ad ipsa sibi non esse secura, ipsum cum hujusmodi familia propter premissa venientes ad dictam curiam, et ipsam familiam a tempore arrepti propterea itineris recipimus sub nri securitate conductus, et ab omnibus suorum adversa-

riorum offensis eos inibi curabimus defensare. — Volumus quoque, quod eis expresse, ac aperte denuntietis, quod sive venerint, sive non nos nichilominus in predicti, prout expediens fore videbimus procedemus. — Diem autem citationis, et formam, et quicquid feceris, nobis per patentes tuas litteras harum serie continentes fideliter intimare procures. — Dat. apud Vrbem veterem II. Non. Martii, anno primo.

IX.

Ib. epist. LX. (214) fol. LXIX.

Littere citatoris misse dno PP.

Sanctissimo patri, et dno suo, dno Gregorio divina providentia Summo pontifici. — Raynerius Capellanus suus prepositus Florentinus pedum oscula beatorum. — Sanctitatis vre licteras nuper in hac forma recepi. — « Gregorius eps Servus Servorum Dei. Dilecto « filio Magro Raynerio capellano nro. preposito Florentino. Salutem « et aplicam Bnem. — Horrendi sceleris in quondam Henricum de « Alamannia etc. *ut in superiori proxima usque* II. non. martii anno « primo » — Mandatum itaque vestrum cupiens efficaciter, et fideliter adimplere personaliter accessi ad civitatem Soanam, et quia predictum dnum Comitem Aldebrandinum (*statim*) non inveni ibidem sollicite inquisivi de loco ubi presentialiter residebat, et eo scito cum vellem ad eum accedere apud castrum Mallianum, et jam essem ad iter accinctus, idem comes accepto de nostro accessu (*nutio*) ad eum Vicecomitem vicarium suum, et comitivam armatorum decentem propter meum securum conductum ad eum, ad quem per loca diserta, et nemorosas solitudines milariis fere viginti non sine violatorum incursu poterat esse accessus transmisit, et me curialiter sub sui securitate conductus fecit usque ad suam presentiam sociari ad castrum predictum; ubi lectis predictis litteris vestris litteraliter ei, et materialiter per seriem expositis coram eo in palatio suo, et coram testibus infrascriptis, VII idus presentis Martii presentialiter citavi eumdem comitem iuxta vestrarum continentiam litterarum, ut post citationem huiusmodi quintodecimo die, quem ei pro peremptorio assignavi termino, se vestro conspectui personaliter debeat presentare, vestris precise occasione dicti maleficii beneplacitis pariturus, et ad pleniorem cautelam exemplum litterarum ipsarum de verbo ad verbum manu infrascripti notarii publicatum in manibus suis tradidi, et dimisi. — Qui reverenter vre sanctitatis mandata suscipiens respondit, et dixit, quod sicut predecessores sui semper et ipse irrequisiti, etiam pro servitiis eccle, non sine maximo rerum, et personarum dispendio adversa, et aspera subierunt, sic a vestris mandatis, et devotione sce Matris Eccle incommutabili animi dispositione, usque ad vite sue terminum non [illegible] disponens, ad vestre sanctitatis

pedes infra predictum terminum vestris veniet obtemperare precepitis, devote, et humiliter jussibus obedire, et quod irrequisitus ante vestram promotionem Collegio dnorum Cardinalium multotiens scripsit, et misit, quod super predicti maleficio commissionem suam coram eis innocentiam paratus erat ostendere, et purgare debita satisfactione infamiam, si qua erat, ac post felicem adventum vrum hoc idem per suos solempnes ambaxiatores, coram vra et fratrum vestrorum presentia plurimorum obtulit Viterbii, Rome, et Vrbeveteri, ac cum summa istantia postulavit; quia nil suavius, nilque iocundius suis votis posset occurrere, quam vestre paternitati subiacere colla sua. — Quibus omnibus solemniter sic pactis incontinenti ad sonum campane, voceque preconia convocatis, et congregatis hominibus dicti castri in multitudine copiosa, in ecclia plebis sci Iohis castri eiusdem, citavi publice socios, et familiares ipsius comitis, qui secum tpre patrati maleficii fuerunt predicti, ut ad terminum supradictum coram vobis, iuxta dictarum litterarum tenorem se personaliter representent, vestra facturi precise mandata expresse, ac aperte denuntians ibi, quod sive venerint, sive non vos nichilominus in predictis, prout expediens fore videritis procedetis. -- Actum in Castro Malliano, sub anno a nativitate Dni M.° CC.° LXX° III,° indictione prima, pontificatus dni Gregorii pp. X anno primo, VII idus mensis martii presentis, dno Cazaconte, Milite predicti dni Comitis, Hugolino olim dni Hugolini Novelli, Stephano de Aversa, et Petro Cursore dni pp. ad predictam citationem dno. Comiti predicto factam testibus ad hoc vocatis et dno, Iacobo plebano dicte plebis, fre Imprendi de ordine predicatorum, fratre Symone de Tudertio (*sic*) eiusdem ordinis, fre Guidocto de ordine Sci Antonii (1), et pluribus aliis ad citationem factam de dictis sociis, et familiariis predicti dni comitis vocatis presentibus in ecclia supradicta. — Ego Aldevrandus de Naucleriis de Mazancollo Imperiali auctoritate ordinarius iudex, et notarius predictis interfui, et prout superius legitur, de mandato predicti dni Raynerii, capellani dni Pape, prepositi Florentini scripsi, et in publicam formam redegi, et ad pleniorem cautelam ipse dictus prepositus fecit appendi sigillum.

X.

Ib. Ep. LXI (215), fol. LXX. t.°

Littere misse dno. pp. ex parte Guidonis de Monteforti pendente citatione.

Sanctissimo patri in Christo et dno cunctis mortalibus presidenti sub Xpo Dno. G(*regorio*). Divina providentia summo Pontifici.

---

(1) Quest' Ordine di S. Antonio detto dei frati *del Tau*, avea una Chiesa in Viterbo in Valle.

Guido de Montefort comes Montisfortis osculum terre quam calcant pedes vicarij Ihu Xpi. — Ex relatibus aliquorum, qui de Sanctitatis vre Curia veniunt, intellexi, quod edicto publico ad vram presentiam personaliter sum vocatus super casu mortis dni Henrici de Alamannia, vestram auditurus sententiam, vestrisque beneplacitis, et mandatis precise per omnia pariturus, pluribus aliis in eadem citationis forma positis, et adiectis, que adversum me animi vri motum, si liceat dicere, nuntiant provocatum, plus utique quam oporteat, et acrius quam requirat facti qualitas, si ad ejus originem recurratur. — Verum cum humilitatis mee devotio immobilis, et sincere consistat in hoc semper, ut vestre sanctitatis beneplacita, et mandata tamquam vere medicamenta salutis reverenter accipiam, et si quid etiam per quamdurum *sic*) impositum fuerit suflèram patienter, Sanctitatis vre pedibus provolutus (*sic*; pervolutus?) supplico, quatenus propter Dei reverentia, cuius estis in terris vicarius, iuste michi defensionis presidium tante cause discrimine non sinatis auferri, ad cuiusquam capitalis inimici mei instinctum pietatis vestre clementiam, ad status et salutis mee precipitium provocatis iniuste. — Et quia duris adversitatum periculis iam expositus, et multis capitalibus inimicitiis involutus sanctitatis vre presentie sine persone periculo nequeo personaliter me offerre, liceat mihi sufficiens, sicut dicitur, promictatur cautio et cautela placeat vestre misericordie carissimo fratri meo Capellano vro. (*Amaurico)* de conductu, et securitate ydonea providere vestram intrandi curiam, et ab ea cum expedierit revertendi ad hoc, ut idem frater, cuius in hac parte fidei me committo, caute discutiat, et perquirat attente per quem modum insidias inimicorum mortalium decliaare valeam, si ad vram presentiam me venire contingat. — Nec est intentionis mee esse ((*impunem*? *et me*).. per petitionem hujusmodi vestro examini subtrahere, sed insidias hostium undique michi posita, si possibile michi fuerit, pro vestro consilio precavere. — Sed nec verisimiliter credi potest quod ad vestram presentiam evocatus de subterfugiis cogitem, qui ante hujusmodi vocationis edictum frequenter me obtuli ad emendam pro vestre voluntatis arbitrio Deo, Sancteque Romane ecclie faciendam. — Datum (*loci ignoti*) VII die mensis martii presentis.

XI.

Ib. ep. LXII. N. 216. fol. LXIX t.°

Secunde littere misse dno pape ex parte predicti Guidonis.

Scissimo in Xpo patri, et dno Gregorio Dei gratia sacrosancte Romane ecclie summo Pontifici, Guido comes Montisfortis, indi-

gnus licet ad hec, devota pedum oscula beatorum. - Querela patris de severo filio in foribus per edicta publica proclamantur, utinam sit qui filio audiat de severa patris duritia iuxta necessitate coactum miserabiliter conquerentem filium quidem a patre offenso gratiam debitam, vel saltem meram iustitiam postulantem clamat, ut dicitis pater sancte, sanguinis quondam Henrici de Alamannia effusus immaniter, et me suum in auribus vestris vociferat effusorem. — Mira res utique quod vocem, auditis clamantis mortui, et vivi clamoribus validis, se de tanto facinore rationabiliter excusare volentis debitum denegatis auditum. Si delictum meum dicitur esse notorium, et tale quod se oculis omnium ingerit, quero a vobis, et quero sollicitus, sce pater estne vobis notorium, qui fuistis tpre commisi homicidii in partibus transmarinis ? Quomodo cedidit illa diu approbata sapientum (*sic*) distinctio qua dicitur, quod notorium actu transiens negari potest probabiliter, etiam si in conspectu judicis non pro tribunali sedentis facinus committatur. — Ego nego, et constanter inficior me predictum H(*enricum*). occidisse, et dato, quod ipsum occiderim, quod non dico, causam iustissimam habui, que me ab homicidio, sacrilegio fratricidio, vel in totum non excuset, vel saltem in parte maxima temperat, et remittit penam facinorum predictorum. — Cui justum videbitur pater, et dne, quique conveniens reputavit, ut Xpi vicarius non amplius delectetur in justis excusationibus criminum, quam in penis reorum ? Ha ! (*sic*), quot et quantis vicibus excusationem meam vobis optuli (*sic*) et me ipsum plus quam delinqueram accusavi? Sperabam, quod motus misericordia differretis judicum. — Sed nunc, ut video, si petita loquar venia preternissa, cogitatione debita, immo nulla penitus cognitione habita, me vocatis in precipitium, et trahitis in ruinam, prefigentes michi terminum ad audiendam vram sententiam super eo, quod nec vobis notorium, immo nec cognitum dici potest. — Pereat illa dies in qua Rex Anglie ad tantam subversionem iustitie, tot sanctorum patrum precordia in meum periculum, et comunis juris injuria concitavit. Posito vero, sine preiudicio, ipsum factum vobis esse notorium, nonne vobis cause penitus sunt occulte, ex quibus pene quantitas, et qualitas secundum iustum debent judicium moderari? Ut quid in morte mea tanto velocitatis impeto festinatur ? — Detur michi propter Deum et juris debitum justa defensio, nec manus tantorum patris et principum in meo sanguine polluantur. -- Dico propterea, et propono, peto, et supplico, ut processus iste usque ad recessum ab Italia predicta Regis Anglie differatur, cum ipsius presentia necessarie et iuste defensionis michi copiam subtrahat, nec ad locum citationis sine mortis evidenti periculo me venire permittat. — Petivi, ut conductus et securitas fratri meo (*Amalrico*) daretur intrandi curiam, et ad ipsam mei introitum procurandi, hujusmodi justa petitio michi dicitur esse negata, quomodo promittitur michi plena

securitas, et fratri meo, qui non deliquit in aliquo simplex introitus ad curiam derogatur ad hoc, ut sui solius michi superstitis consilium et auxilium subtrahatur? — Ego nescio in curia vestra inimicos discernere ab amicis, unde nec scio a quo, et contra securitatem debeam postulare. Adhuc itaque precibus repetitis sanctitati vestre, vestroque sacro Collegio supplico in terra prostratus, quatenus servato eo iuris ordine, quem cause mee status expostulat, et requirit citationem, quam ad audiendum deffiinitivam sententiam nimis propere emisistis revocare velitis, dando nuntiis meis, et procuratoribus audientiam plenam causas mee absentis proponendo, quas pro certo quilibet justus homo iustas, et legitimas reputabit. — Ad causam vero principalem iustis defensionibus subeundam venire personaliter ad curiam vestram suo loco, et tempore sum paratus, et hec sub juramento, tactis sacrosanctis Evangeliis promitto, dum tam de intrando, morando, et libere recedando de vestra curia plena michi securitas concedatur, quam etiam in vestris litteris promisistis. — Non vos igitur tedeat, sancte pater, sententiam vestram in melius commutare, cum multi ex vestris predecessoribus hec fecisse legantur, et si forte, quod Deus avertat, animus vester, sic medullitus adversus me irascendo movetur, ut justa michi deprecatio subvenire non possit, hoc tempore quo ire impetus justo judicio animi dominatur ego causam meam, et meorum statum, et bona mea ad futurum concilium defero, in quo me offero vestris, et sanctorum patrum sententiis, qui eidem presidebunt concilio plene per omnia pariturus; sed nec in hoc iurisdictioni vestre me quero subtrahere, sed oportunitatem temporis, in quo animi vestri turbata severitas defervescat cum patientia humili expectare. — Protestor insuper publice per presentes, quod omni hora et tpre, quo justo iudicio vobis diffinire placuerit causam meam paratum me affero ad justum iudicium subeundum. - Actum in Colle Sabbatino prioratu quondam sci Galgani Cistercien. ordinis, presentibus fre Riccardo superiore Monrii sci Galganis predicti, fre Vgolino monacho, fribus Andrea et Baliccione? conversis monrii ejusdem, dnis Guilelmo de Barris, et Vgone de Screhan? militibus testibus ad hec vocatis, et rogatis, sub annis dni M°CC°LXX°III., Indictionis prime die Iovis nono mensis martii intrantis. — Ad majorem autem horum evidentiam has litteras redactas in formam publicam per infrascriptum notarium sigilli mei munimine roboravi. *(Locus ✠ Sigilli)* — Ego Gualterius dictus Pistor de Curtraco Tornacen, diocesis auctoritate sacrosancte Romane ecclie notarius, quia predictis omnibus sic actis interfui, hoc instrumentum de ipsius dni comitis mandato scripsi, et publicavi.

XII.

Ibid epist. LXIII (217), fol. LXX t.°

Tertie littere misse dno pape ex parte predicti Guidonis.

Sanctissimo in Xpo patri, ac dno Dno Gregorio, Dei gratia sacrosancte Romane ecclie summo pontifici. Guido de Monteforti comes Montis fortis indignus licet ad hoc terre osculum ante pedes. Si in medio constituta est divino libramine judicialis equitas sub equilibri statere pondere sic, ut nec amor, nec odium, timor, vel cupiditas humanum judicum debeant pervertere, quanto magis illa divinitus commissi judicii equitas observanda! Sane Pater Sancte, ut me super occasione mortis quondam Henrici de Alamannia vocatum publice ad vestram presentiam intellexi statim litteras, et nuncium destinavi vobis, quibus suppliciter postulavi, ut fratri meo unico securitas prestaretur vestram curiam intrandi ad investigandum an securitati michi per vos promisse me possem committere, eo quod illa nimis insufficiens videbitur, vel quod de sufficienti michi securitate peteret provideri, et ut idem frater meus necessitati tam gravis cause fraterno studio provideret, utpote is, qui hoc anno pluries coram vobis, et fratribus vestris super isto negotio laboravit. Sicque ipsum plene instructum de natura hujus negotii ad defensionem meam magis decrevi eligere, quam alium extraneum, et facti mei inscium advocare? Sed hec mea petitio exauditionis gratiam non invenit, cum tamen in causa michi mota publice intersit absentes a quocumque defendi. Ex hujusmodi autem juste petitionis denegatione causa mea sustinet has iacturas. Dum etiam ad meam defensionem, et absentie mee justas excusationes proponendas alios amicos meos sollicito michi dicitur, si a defensione tua frater tuus repellitur quomodo extraneus admitteretur? Immo communiter extimatur ab omnibus, quod vos, pater sancte causam istam reputetis vestram fore, cum semper familiaris extiteritis parentibus Regis Anglie, et ipsius Regis presentiam, et instinctum dicimini, et minime immoderatus, inflammatus, utpote nimis eidem faventes. Si dicitur quod frater meus non possit, presente Rege Anglie stare in curia vestra, nonne equius esset predictum regem, cujus presentia debitam cause mee discussionem impedit pro tempore a curia removeri, quam illos a vestra curia repellere, qui juste proponunt defendere justam causam? Et si in hoc defertur regie dignitati, equitati tamen publice esset potius deferendum. Posset etiam regalis presentia modis aliis, quam per juris comunis disturbatione in meum preiudicium honorari. Vel saltem causa, que usque ad ejus adventum dilata est, usque ad ipsius exitum a curia differri, maxi-

me cum in judicio, ad quod trahor idem Rex se in aperto non constituat meum adversarium principalem. Sed quod, nec illud michi conceditur, sed in mortem meam crudeli desiderio festinatur, compellor de predicto rege conqueri, immo plus de illis, qui ad nutum dicti regis dilacerant causam meam. Post hanc autem securitatem fratri meo, immo michi denegatam misi alias litteras sanctitati vestre, in quibus causam meam injuste oppressam petivi ad justum iudicium deduci. Alioquin ipsam ad examen sacri futuri concilii (1) detuli, et nunc defero me, et mea ipsius concilii ordinationi et judicio supponendo. Demum procuratorem constitui ad securitatem petendam omnibus, qui me vellent defendere, nec volui, sicut nec debui ad unum meartare (*sic*), ne michi idem subtraheretur, et cum juris beneficio possim a quolibet defendi. Sed, quia iterum mea iusta petitio audita non fuit, ne de contingentibus aliquid videar omittere, adhuc idem, quod petivi instanter peto, ad cautelam in his scriptis assigno gravamina injuste michi illata, et causas mee absentie, ex quibus videri potest, quod iusta causa reservationis michi competit contra judicem, qui tantum adversario meo favet. Illatum autem est michi gravamen, primo in non danda securitate fratri meo modo predicto. Secundo quod ad voluntatem, et consilium Regis Anglie in causa mea proceditur omni juris ordine pretermisso, ut est notorium in vestra curia, quam ipsius voluntas semper requiritur in processu, et servatur. Vnde sic me iudicat meus mortalis, et publicus inimicus. Tertio quia vocatus sum prima citatione ad definitivam sententiam audiendam nullo prehabito processu; si dicatur delictum meum esse notorium, ego delictum a me fuisse commissum nego, et notorium esse nego, immo dico ipsum prorsus ignotum vobis, pater sce, qui tunc fuistis (*sic*) in partibus transmarinis, nec esse vere (*sic*) qui possit dicere, se vidisse, quod ego ipsum commisserim (*sic*) dico, quod justissimam causam habui ipsum occidendi. Paratus itaque sum quantum de jure teneor docere hec duo, scilicet quod ipsum non occederim, et quod tamen justam causam habuerim ipsum occidendi, a quibus probandis injuste repellor. Quarto ergo gravor, quod ad terminum adeo brevem et peremptorium vocatus fui, quod infra ipsum nequivi de necessariis

---

(1) Ecco l'appello al futuro concilio tanto in uso nell'evo medio, del quale a pag. 97 nota XCII in addietro tenni parola. Era un efficace garanzia dei deboli contro i forti, ma fu tolta, non rimanendo a quelli, che l'appello al futuro Pontefice, affiuchè riveda la sentenza ritenuta ingiusta dell'antecessore. Così ad esempio i Gesuiti soppressi da Clemente XIV, da Pio VII furono reintegrati; il Card. Coscia condannato da Clemente XII, da Benedetto XIV fu reintegrato, ed i Caraffa ingiustamente giustiziati sotto Pio IV. da Pio V furono dichiarati innocenti. Il Papa santo, che non bada ad umani rispetti è in Roma e nel mondo il supremo vindice dell'umana giustizia.

cause tam ardue providere. Quinto quod cum securitate petivissem pro illis, qui me vellent defendere, vos pater (*sce*) ipsam denegastis necessario vero me oportuit hunc securitatem petere, tum quod causa justa esse creditur, tum quod predictus rex minatus est mortem omnibus qui pro me aliquid dicerent coram, si essent capellam vestri speciales, propter quas minas me jam plurimi dereliquerunt. Dictum quoque fuit a quibusdam cardinalibus, quod officio tabellionatus privari debeat, qui priores litteras meas fecit. Sexto dico me gravari, quod in tpre feriato, aut incitatus, in quo cause sanguinis, et atrocium criminum tractari, non debent nisi forte ad penitentiam injungendam. Ne vero per vos valeam contumax reputari, cum non sit, qui pro me audeat proponere causas mee absentie vobis duxi rescribendas, Quarum prima est, quod vocatus fui ad locum, non tutum,nec enim propter securitatem meam per vos exhibitam me committere meis capitalibus inimicis; secunda quod paratus sum probare regem predictum visum esse multos ad hoc inducere, ut me occiderent in vestra curia constitutum. Tertia quod idem rex publice si jactavit, quod ego nunquam possem effugere manus suas, si tetras mei soceri exirem. Dixit etiam publice coram multis, quod ad hoc, ut me posset occidere, ipse vellet omnem securitatem, que michi dari posset violare, qui etiam alias violavit pluries securitates a se datas. Quinta, quod idem rex pro se, et pro fautores suos, qui inimici mei sunt, pendente citatione hostiliter me invasit. Quinta, quod evidenter comperi, quod dictus Rex quosdam meos familiares corrupit, ut me occidere deberent, et si progressus fuissem ad curiam vestram castra mea, que tenent sibi promiserant tradere, vel suo nomine detinere. Sexta, quod idem hac pendente citatione procuravit exercitum, quo invadere me proponit. Septima causa est, quod a predicto Rege, et ab aliis majori parte, immo tota substiantia spoliatus, compellor nudus aggredi cum armatis. Ex his ergo causis, in quibus consistit vite mee, et status defensio occupatus, et impeditus non potui nunc personaliter in vra presentia comparere, quarum eas, que defensioni meae sufficiunt me offero probaturus. Supplico ergo pater sancte, quatenus, Deum habentes pre oculis, turbato iuris ordine in premisso negotio non procedatis in meum prejudicium, et gravamen. Alios oportebit me omnibus presentis littere tenorem transcribere, ad quos famam vre sententie presumpsero pervenire. In cujus rei testimonium, et testium subscriptorum presentibus litteris duxi meum sigillum proprium apponendum. Presentibus dnis Guillelmo de Barris, Hugone de Stravo Militibus, Iohe de Wragno, Iohe de Mucio Armigeris, et pluribus aliis ad hoc vocatis specialiter, et rogatis. Datum anno dni M°CC°LXX°III. Die Martis XIII° Mensis Martis presentis.

XIII.

Ib. Epist. LXIII (218), fol. LXXI t°; (ap. Rymur. Foedera. edit. Hagae. Comitis. 1139. Tom. I. par. II. pag. 130-132).

Sententia diffinitiva lata contra Guidonem de Monteforti, super morte quondam Henrici de Alamannia.

Nephandum scelus sceleste nephas, piaculare flagitium pro flagitiosas impiorum dexteras innocentis sanguinis avidas, innoxii cruoris effusione cruentas, et detestandis in commissione horum noxius involutas in quondam Henricum de Alamannia, clare memorie Ricardi in Romanorum regem electi primogenitum, horribili severitate (*sic*) commissa, quamque, et cominus evidentia sui notoria, et eminus per diversa mundi climata iam notorie divulgata non sine multa mentis amaritudine recenseri compellimur, in horrendam eorum series (?) cunctis seriosius reservata, qui non solum ad extinctum crudeliter, sed et ad crudelis tam gravia proinde delapsis in scelera extructionis auctores paterne compassionis affectu excitavit in patre, juste prosecutionis motum manifestet in judice hoc judicatura presentibus, hoc fideli testimonio commemoratura futuris. Vt enim illius vices, quas licet immerito gerimus implere pro viribus satagamus, qui quamquam misericordiarum pater, et totius consolationis Deus veridice describatur, nichilominus tamen legitur justus iudex dictus zelotes (?) et, dnus ultionum decet, ut paternam misericordiam devotos prosequamur ad filios, et debitam justitiam obstinatos non omittamus in reos parati, et redeuntibus de longinquo apertis occurrere brachiis in amplexum, et in pertinaces sui perversi prosecutores arbitrii iuste vindicare conceptum. Recenseatur itaque in auribus omnium omnibus fere nota severitas. Immane spectaculum in conspectu cunctorum fidelis repetitio, et sincera commemoret. In cujus consideratione sce matris ecclesie grandis admodum contumelia corda conturbat, cultus divini contentus (*sic*) fidelium zelum accendit, inclitorum principum comptenptibiliter spreta presentia, devotorum vota provocat ad vindictam: jura sanguinis confusa queritur, propinqua cognatio et mirando in stupore deducitur, ac stupendo miratur naturalia humane societatis immutabilia vincula taliter violata. - Divulgatus enim fere in omnem terram jam sonus exivit, et in remotos orbis angulos vulgaris fama deduxit, qualiter in memoratum Henricum crucesignatum de Tunicii partibus, in quibus Ihu. Xpi. servitio cum Xpiano. vacarat exercitu ad Sedem Aplicam in comitiva carissimorum in Xpo. filiorum nrorum.. Francie, ac.. Sicilie Regum illustrium ad Civitatem Viterbien., ubi tunc Romana residebat curia

venientem, et tandem in quadam parochiali (1) ecclesia Civitatis ejusdem pro missarum solempniis sacro quadragesimali tpre constitutum, eisdem Regibus in civitate ipsa presentibus quondam Simon, et Guido de Monteforti germani, ac eidem H(*enrici*). amitini fratres ad quos restituendos ad carissimi in Xpo fili nri E(*nrici*). regis Anglie illustris gratiam, quam ipsos fertur eorum gravis culpa privasse idem H(*enricus*). de voluntate memorati Sicilie, ac cum mandato ejusdem Anglie Regum venerat, associatis sibi aliis Belial filiis cum armis, diabolico incitati spiritu irruentes, ipsum manibus inhumanis, immo prorsus immanibus trucidarunt. Hoc mundus clamat, hoc communis asseritio publicat, hujusmodi immanitatis ordinem, vel inordinationem potius sic multiloqua vulgi lingua describit. Memoratus siquidem Guido in ipso ingressu parochialis ecclesie voce terribili, comminans dentibus suis infremuit contra eum exclamans: « Proditor Henrice de Alamannia non euades; » et subsequenter in ipsum ad hujusmodi subitum clamorem, et fremitum omnino impremeditatum, et inscium paventem, nam immerito, et propinquantem altari, ac illi herentem manibus tam ipse Guido, quam memoratus Simon eeterisque ipsorum satellites evaginatis gladiis, et clavis elevatis aggressi, talibus circumdantes eundem saturaverunt se penis illius, ac ponentes ipsum sibi quasi in signum ceciderunt (*sic*) eum vulnere super vulnus, latusque ipsius femur vultum convulnerantes et lumbos precisis sibi nichilominus quasi totaliter quatuor sinistre manus digitis qua, ut premictiiur adherebat altari, et quibusdam clericis in predictis sollempnibus eidem H(*enrico*). assistentibus altero videlicet letaliter, reliquo vero satis graviter vulneratis; nec mortuo pepercerunt, sed, et post mortem illatam, vulnera inferentes eidem ipsum traxerunt ad hostia dicte parochialis eccle iam extinctum. Per hoc nimis proculdubio divinum irriverentes in cultum graviter in eandem sedem, et ecclam Romanam injurii, sacrilegi, dicte immunitatis eccle infractores, temerarii, contemptores celsitudinis Regie, ac fedi humani federis subversores in sobrinum fratricidii rei, in omine (*sic*) homicidi, ac sicarii nimium inhumani. Vbi tunc igitur ad matrem eccliam filialis affectus? Vbi reverentia regibus exhibenda? Vbi tanta sanguinis unio? Vbi observantia temporis? Quis hec omnia contempnere docuit? Quis talia preterire monstravit? O furor! o rabies! immo proculdubio rabiosi furoris excessus, qui adeo in rationali creatura iudicium rationis absolvet, ut cognationem quam inter homines generaliter natura constituit, ipsi singulariter sic inhumane pretereant, sic quasi prorsus abjurent, quod more ferino efferis animis alterutrum seviant in se ipsos. O quantum hic excessus exceditur cum in conjunctos san-

(1) Nella chiesa di S. Silvestro secondo il Landino, ed altri varii autori testualmente più addietro citati.

guine deservitur! O quantum excessui hujusmodi culpe pondus adicitur cum innocens lacesseritur! Profecto premissa in eundem H(*enricum*). cum talium, et aliarum gravium circumstantiarum aggravationem commissa (1) non solum ejus nocentia, et mutua ipsius ad committentes cognatio aggravat, sed et ejusdem H(*enrici*). beneficia in eo saltem quoad reformationem status ipsorum taliter insistebat, reddunt praculdubio longe amplius graviora, illorum igitur atrocitate commoniti, eorum evidentia excitati, dicto Simone fatali sorte rebus humanis exempto, memoratum Guidonem, suosque in hiis complices, et fautores de fratrum nrorum consilio in palatio Vrbevetano peremptorie, presente multitudine copiosa, in forma citavimus infrascripta. — « Gregorius episcopus servus servorum Dei. Ad certitu-
« dinem presentium et memoriam futurorum. Quondam Henrici de
« Alamannia clare mem. Riccardi in Romanorum regem electi primo-
« geniti etc. » -*prout continetur superius in folio quinto numero LII° usque ad finem.* — Premisse quoque peremptorie citationis edictum in variis locis insignibus, solite ipse Guidonis habitationi vicinis, per diversos capellanos nros ad hoc spec ialiter destinatos fecimus sollempniter publicari. Et licet illud ad ejusdem G(*uidonis*). pervenisse notitiam diversarum lrarum clausarum, et patentium nobis ab ipso missarum, quarum alique ad nos infra prefixum sibi, terminum, alique in eodem termino relique vero post eundem terminum pervenerunt, tenor apertius manifestet ipse tamen, predictique complices, et fautores tantis excessibus contemptum addentes comparere in eodem termino et postmodum expectato diutius contempserunt. — In primis quidem litteris clausis nobis, ut predicitur ante dictum terminum presentatis, petiit idem G(*uido*). fratri suo Amaurico de conductu et securitate ydonea provideri nostram, ut ejus verbis utamur, intrandi curiam, et revertendi cum expediret ab ea, ut idem frater suus A(*mauricus*). caute discuteret, et attendere perquiretur per quem modum ipse Guido, si ad nostram eum presentiam venire contingeret, mortalium inimicorum suorum insidias declinare valeret. In oblatis autem in termino supradicto patentibus litteris delictum nobis esse notorium, immô etiam a se commissum inficians, et allegans pro eo probabiliter posse negari, quod actus transeuntis notorium diceretur, adiecit, quod dato, quod dictum Henricum occiderit causum iustissimam habuit, que ipsum ab homicidio sacrilegio, et fratricidio, vel in totum excusat, vel saltem in parte maxima temperat, et remittit penam facinorum predictorum. Et denide conquestus petitam securitatem dicto A(*maurico*).

(1) Forse il cadavere non ancor freddo di Enrico fu altresì evirato, come si ricorda di Simone di Monteforte ucciso alla battaglia di Evesham, per la famosa pena del taglione allora assai in vigore.

fratri suo fuisse negatam, ac petens differri iudicium donec dictus Rex Anglie Italiam exivisset, et suis nuntiis ad proponendas sue causas absentie, ad quod tamen nullus sufficienter comparavit audientiam indulgeri, subiunxit se paratum ad nram venire curiam suo loco et tpre ad principalem causam justis defensionibus subeundam, dum tamen sibi de intrando, morando, et libere recedendo de ipsa curia securitas plena daretur; ac insuper propositis aliquibus in derogationem aplice potestatis, que quatenus personam nram contingunt benigna dissimulatione transimus, adiecit, quod causam suam ad futurum concilium deferebat. In subsequentibus autem litteris nobis ex parte ipsius G(*uidonis*). post dictum terminum assignatis constituit quendam clericum procuratorem ad tria, Videlicet, ut securitatem plenam, et liberam facultatem omnibus, et singulis, qui difensionem cause sue tunc, vel in futurum susciperent postularet, et citationem a nobis emissam peteret revocari, ac absentie sue causas exponeret, et probaret, si foret forsitan oportunum. Sed dictus clericus in quorundam fratrum nostrorum, quod ad id deputaverimus presentia constitutus patenter asseruit, predictum mandatum se nolle suscipere, securitate pro se, ac universis et singulis memoratum Guidonem defendere quomodocumque (?) volentibus, quorum neminem nominare voluit non concessa. Quam sic vagam non concessimus, sicut nec fuerat concedenda; obtulimus autem sibi, et publice fecimus proclamari, quod si vellet ipse, vel quivis alius pro dicto Guidone aliquid allegare benignam audientiam prestaremus. In reliquis vero, et ultimis litteris inficiatione delicti, petitione securitatis pro dicto fratri suo, querela de ipsam petitionem primitus non admissa, et dilatione cause ad futurum Concilium similibus repetitis, se in denegatione petitionis ipsius in eo, quod falso notatum in eadem curia esse dicebat, quod ad voluntatem, et consilium dicti Regis Anglie in causa sua proceditur, et quod prima citatione vocatus extitit ad sententiam audiendam, quicquid nimis brevis terminus fuerat assignatus, et in illis qui vellent eum defendere securitas denegata; nec non quod, et in tempore feriato processit citatio, in quo dicebat sanguinis, et atrocium criminum causas non debere tractari, se asserens esse gravatum infrascriptas causas absentie allegavit. Primo quia, ut dicebat, citatus fuit ad locum non tutum. Secundo quod dictus rex Anglie visus fuit aliquos inducere, ut eum occiderent in nra Curia constitutum. Tertio quod idem Rex publice se jactavit, quod ipse Guido numquam effugeret manus suas, si terram soceri sui exiret, et dixit publice coram multis, quod omnem securitatem ad hoc, quod ipsum occideret violaret. Quarto quod rex ipse per se, et suos fautores ipsius Guidonis inimicos pendente citatione hostiliter invasit eundem. Quinto quod evidenter se comperisse dicebat, quod prefatus rex quosdam familiares suos corruperat,

ut ipsum occiderent, et si progrederetur ad Curiam, castra que idem G(*uido*). tenet promiserant eidem Regi tradere, vel suo nomine detinere. Sexto quod memoratus Rex Anglie citatione pendente exercitum cum quo ipsum G(*uidonem*). proponit invadere preparavit. Septimo quod idem Guido a sepefato Rege Anglie, ac aliis tota sua substanria spoliatus compellitur nudus congredi cum armatis. De causis autem hujusmodi dictus G(*uido*). eas, que defensioni sue sufficienter se obtulit probaturum. Sane petitiones executiones, et allegationes huiusmodi multiplex ratio dissuadebat admitti. Nec enim post oblatas, et concessas, ut in serie citationis nre premittitur, eidem Guidoni tam evidentes securitates, per nos de fratrum ipsorum consilio approbatas, et sufficientes, ac ydoneas cum multa examinatione decretas, locum sibi circa securitates alias fratris predicti discussio, aut ipsius G(*uidonis*). de differendo iudicio quousque Italiam Rex Anglie predictus exiret petitio, vel de loco non tuto allegatio contra decretum nostrum cum tam exacta maturitate interpositum vindicabat. Nec petitiones predictas iustificat, aut colorat, quod idem Guido se verbaliter, seu litteraliter obtulit ad nram suo loco, et tpre venire curiam, et principalem causam subire paratum, cum non sit partis locum iudicii, aut tempus eligere, sed iudicis diffinire, nec dici possit suo id esse debito venire loco, vel tempore, qui contempnit statuto sibi per iudicem loco, et tpre comparere; presertim hoc casu cum dictus G(*uido*). ita demum se compariturum obtulerit, si sibi securitas indistincte ad recedendum de dicta curia preberetur. Que saltem in illum eventum concedenda non foret si recessum ipsius iustitia impediret. Non igitur se gravatum asserere iusto potest, si excessum non extitit, quod fuit iniuste petitum. Profecto nec ex eo, quod ad sententiam audiendam prima citatio brevi etiam concesso termino, et in tali negotio tpre quadragesimali processit. Cum enim de notoriis agitur excessibus, ad quid aliud nisi ad sententiam precederet citatio, aut quare temporis indulgeretur diffusio, quam locorum propinquitas non requirit? cum in notoriis facti examinatio necessario non procedat. Ad quid temporis beneficium maleficiis invocat, qui tam graviter commissit (*sic*) in illud tanta, et talia in eo maleficia commictendo? maxime cum non ad sanguinis penam agatur hoc casu de crimine, et sententia communis scripta, et sollempnis id habebat quod legi, que dicto tempore cognitione inhibet criminalium questionum sit per consuetudine derogatum. Causas quidem absentie in predictis ultimis litteris allegatus, et si alique ipsarum veritatem haberent premissarum securitatum consideratio, et ipsarum causarum inspectio manifeste confutant. Que namque absentie causa conatus Regis Anglie ad inducendum aliquos, ut dictum Guidonem in predicta curia occiderent, vel iactantia Regis eiusdem, quod idem Gui-

do ipsius manus non evaderet, si soceri sui terram exiret, cum ad tuitionem suam post iter arreptum ex securitatibus predictis in via ei comitiva militaris accresceret, et tam inibi, quam in prefata curia nostre sibi protectionis auxilium adderetur. (1) Que insuper absentie causa, quod idem Rex Anglie per se notorie noscitur esse falsum, ac suos fautores, de quo non esse aliquid auditum in patria, eundem G(*uidonem*). fingerit invasisse? Numquid talis insultus occulte fieri potuisset? Nunquid etiam, si ad eum fuisset in veritate processum eundem G(*uidonem*). a iudicio eximeret, aut citationi rite facte, talibus sibi ablatis securitatibus propterea non parente a contumacia excusaret? Que iterum absentie causa ex eo, quod dictus Rex quosdam familiares memorati Guidonis, ut eum occiderent et castra ipsius sibi redderent, aut ejus nomine detinerent asseruit corrupisse? Nonne, si hoc etiam verum esset eo, magis huiusmodi concinnatione, (sic; conjuratione?). comperta dictus G(*uido*). sibi consulere potuit eo consultius procedere, (*et*) terram suam aliis fidelibus, et non facile corruptibilibus committendo? Nunquid eiusdem culpas, et tam gravia facinora huiusmodi consumatio expiasset, aut iudici in facinorosum, secundum exigentiam iusticie procedendi arbitrium ademisset? Nec sufficit immo, nec proficit ad eiusdem absentiam excusandam, quod idem Rex exercitum, cum quo memoratum Guidonem proponit invadere dicitur preparasse, cum sicut premictitur Guidoni prefato inter cetera obtulerimus, non sine derogatione forsan aliquam regie dignitatis, quod memoratum Regem curiam supradictum faceremus exire (2), sibique loca deputaremus de quibus idem G(*uido*). eius timere non posset offensam. Nec etiam spoliationis exceptio in aliquo absentiam excusat eandem. Si enim ad bona que sui parentes ohtinuerunt, et Francia excipientis feratur intentio, que spoliatio dici potest in illis, que ipse numquam obtinuit, et in quibus nullum unquam suis habuit cum in successione, quod illa ipsum duo processerunt fratres ejus, si vero ad ea, que idem Guidoni in Regno Sicilie tpre patrati sceleris obtinebat exceptio referatur, consultius excipiens substitisset, ut eis se spoliatum non diceret, quod dictus Rex Sicilie, cuius quoad predicta bona iudicia suberat ad manus suas propter predicti sceleris evidentiam eodem rege, ut predicitur, in dicta civitate (*Viterbii*) presente, commissi non

(1) Ecco il Papa santo superiore a tutte le umane mire, padre pietoso dei popoli, e vindice supremo della giustizia.

(2) Ecco il Papa Italiano non servo ad alcuna corona. Gregorio X non avrebbe certo eletto Guido di Monforte, benchè assoluto dalla pena spirituale al comando generale dei Guelfi. Il *Cave a conseguentiariis* era assioma assai osservato nelle scuole medioevali, ed il popolo, benchè idiota, è sempre il primo a far risaltare le contradizioni dei grandi, dovute all' opportunità dei loro singoli atti, suprema norma de' politici mondani.

violenter, sed iuste potius evocavit, ipsum a Vicaria Tuscie, quam ei commiserat nichilominus amovendo. Ex quo satis evidenter apparet quantum idem Guido flagitium, de quo agitur fore notorium negare sufficiat, de quo in ipsum per suum ordinarium (*judicem*) jam pena processit. Quod manifesta, et plurimis nota facti qualitas publicat, et celari tergiversatione aliqua non permittit. Quod etiam ipse post patrationem illius subito de ipsa curia recedendo plenius sua manifestavit absentia, et manifestius sua fuga detexit. Quod insuper tempore vacantis eccle variis ad fratres nostros destinatis litteris non negavit (1), sed ejus reum se potius est confessus. Quod dictus frater ipsius A(*mauricus*). super eodem flagitio eius nomine misericordiam postulans, licet sub quibusdam iniustis condicionibus quas nec iustitia suadebat similiter fatebatur, quod singulorum vox continue, quasi accusationis instantia non cessat incessere (?) quod comunis assertio sic incessanter accusat, ut effusum sanguinem innocentem per cuiuscumque inficiationem aperire terra non valeat. nec profundus clamor illius latendi locum inveniat in eadem. Licet ergo tante temeritatis audacia omnem fere acerbitatem pene videatur excedere, ne tamen omnino impuita remaneat, cum soleat ausum impunitas parere, ausus excessum, presumpsionis (*sic*) tante sevitiam meritissima severitate quantum nostri partes officii patiuntur decrevimus persequendam. - Ideoque cum eisdem fratribus nris deliberatione prehabita de ipsorum consilio auctoritate apostolica diffiniendo pronutiantes, et pronuntiando diffinientes, memoratum Guidonem de Monteforti manifestum tanti flagitii patratorem, et notorium tantorum criminum reum extimationis ademptione dampnamus, decernentes, ut perpetua uratur infamia, perpetuo sit infamis; sit prorsus intestabilis, ut nec testari, nec ex testamento, seu ab intestato succedere, vel aliquid ex cuiuscumque successione percipere valeat, nec ad reddendum testimonium admittatur. Bona quoque ipsius ubilibet constituta sententialiter pubblicamus, eos sub quorum consistunt dominio fisci eorum juribus, sive juris alieni preiudicio applicanda. Revocationem etiam, et amotionem a memorato rege Sicilie, ut predicitur factas, ratas habemus, et eas volumus perpetuis temporibus observari. In terris quoque, ac aliis bonis uxoris sue ipsi Guidoni omnem administrationem, jurisdictionem, et potestatem interdicimus; districte mandantes, quod in illi[...] vel quibuscunque aliis terris in nullo penitus obediatur eidem, [...] si secus fiat obedientes excommunicationis sententia innodamu[...] Terram vero, que sibi obediet ecclesiastico supponimus interdic[...] ita quod in illa nullum ecclesiasticum sacramentum, nisi fors[...]

---

(1) Mancano nei regesti Vaticani (*Vol. 29 A, e 37*) queste lettere che [...] pongo esistano in Sovana, od in Pitigliano, o nell'archivio Senese di Stat[...]

baptisma parvulis, ac penitentia et eucharistia laborantibus in extremis alicui valeat exhiberi. Omnibus, que ab ecclesiis quibuscunque tenebat, vel tenet in feudum seu alio quocumque modo ipsum omnino privamus, ita quod ad ecclesias, ad quas spectant illa libere, sine contradictione aliqua revertantur. Et ut facinoris huius per infamiam toto pene orbi diffusi pena in ipsius Guidonis diffusa, et duratura posteros in omnium notitiam futuris temporibus diffundatur, eadem auctoritate statuimus, ut ipsi Guidoni, ac descendentibus usque ad quartum gradum ab ipso, nisi descendentes iidem super hiis, vel eorum aliquo ejusdem sedis gratiam meruerint obtinere, nunquam dignitatis porte pateant, nec ac dignitatem aliquam, vel eorum alicui pandatur aditus, seu ad impetrationem illius eis, vel supplicium, (*sic*; officium) publicium, aut ad clericatum, seu clericorum collegium, ministerium, vel beneficium ecclesiasticum, seu in regularibus domibus ad eminentiam prelationis cujuslibet nullo unquam tpre ipsorum aliquis assumatur. Memoratum preterea Guidonem citra mortis, et mutilationis 1 periculum diffidamus, et etiam forbannimus; personnam nichilominus ipsius citra idem periculum exponentes, ita quod ab omnibus libere capi possit. Quin etiam omnibus provinciarum presidibus quocumque nomine censeantur, nec non potestatibus, consulibus, aliisque Rectoribus civitatum, castrorum, aliorumque locorum districte precipimus, ut ipsum Guidonem capiant, et ad curiam nram ducant deputandum carceri, vel alias, prout nobis videbitur castigandum. Ipsum quoque sacrilegum, et contumacem excommunicationis sententia innodamus; decernentes, ut omnia loca ad que pervenerit, donec ibi presens fuerit, nisi capiatur, vel captus teneatur in eis ad nos, ut predicitur deducendus, ecclesiastico sint supposita interdicto. Ad hec universis, et singulis civitatibus, comunitatibus, universitatibus quibuslibet, et personis singularibus ecclesiasticis, et mundanis cuiuscumque conditionis, et status existant, etiam si Impli. et Regali aut alia quacumque dignitate prefulgent hoc generali mandamus edicto, ut nullus dictum Guidonem receptet, vel quantum in eo fuerit receptari permittat. Nulla [illegible] universitas in potestatem, consulem recipiat, aut Rectorem, ne ad quodlibet aliud officium quocumque nomine censeatur admittat. Nullus commercium aliquid, aut communicationem [illegible], nisi forsan [illegible] que ad salutem anime illius respiciunt habeat cum eodem. Nullus ei prestet auxilium, consilium, vel favorem publicum vel occultum. Nullo cum ipso Guidone [illegible],

---

1) Ecco altro [illegible] vendicare pienamente [illegible] juniore, e da Guido [illegible] aver Guido unico assassino [illegible]

vel arte societatem, seu confederationem aliquam inire presumat. Et si secus scienter presuntum fuerit, omnes singulares personas contrarium presumentes, non obstante qualibet indulgentia sub quacumque forma, vel expressione verborum ipsis ab eadem sede concessa, vel in posterum concedenda, quam quo ad hoc viribus volumus omnino carere sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipsos ferimus incurrere volumus ipso facto. Vniversitatem autem, que secus scienter fecerit, et terras illorum, qui eum receptaverint, aut societatem, vel confederationem cum eo inierint ecclesiastico supponimus interdicto. Et nichilominus societates, et federationes initas, et in posterum ineundos etiam, si penarum, et juramenti adiectione, vel quacunque fuerint alia firmitate vallate, quatenus in ipsis commodum vertitur omnino viribus vacuamus, et esse decernimus vacuas, irritas, et inanes. Vassallos quoque, et subditos, si quos habet idem Guido, absolvimus a fidelitate, qua tenentur eidem juramenta super hoc prestita de potestatis plenitudine relaxantes. Memoratos vero ejusdem Guidonis in premissi commissione flagitii complices, et fautores excommunicationis, et anathematis sententia innodamus; contra eos gravius spiritualiter, et temporaliter processuri, prout viderimus expedire. Ceterum predictas omnes excommunicationum sententias sic firmiter, sic inviolabiliter volumus observari, quod absolvendi ab eis, vel relaxandi easdem, nisi tantum in mortis articulo, tam omnibus penitenciariis nris, quam quibuslibet aliis confessoribus generalibus, vel specialibus, seu familiaribus quorumcunque, vel quantumcumque sublimium personarum ubilibet, et consistentium, etiam si eis a nobis, vel aliquo predecessorum nrorum, sub quacunque verborum forma absolvendi a sententiis hominis, vel canonis, seu eis relaxandi generalis, vel specialis sit, vel fuerit concessa facultas adimimus potestatem. Ab hiis vero mulieres in hoc tantum excipi volumus, ut si solum ratione prestiti favoris hujusmodi sententiam forsan inciderint, possint per suos diocesanos, iuxta formam ecclie absolutionis beneficium obtinere. — Actum in Palatio nro Vrbevetano Kalendis Aprilis, Pontificatus nri anno secundo.

XIV.

Ibid. an. II. Greg. X epist XXIII. fol. CVIII t°. (ap. Rymer Foedera. Tom. I. part. II. pag. 134-135; edit. Hagae Comitis).

Regi Angliae nuntiatur quae acta sunt per sedem Aplicam circa nobilem virum Guidonem de Monteforti.

Gregorius eps. etc. Carissimo in Xpo. filio Regi Anglie illustri salutem etc. Princeps inclite, novit excellentia regia quam dire, quam

postmodum actum sit, nondum ad nos relatio certa perduxit. Hec tamen ideo tibi sic seriose intimanda decrevimus, ne nrorum processum puritatem tertie lingue malitia in tue celsitudinis auribus fermentaret. Datum Lugduni III Kal. Decembris *(pontificatus nri)* anno II.°.

XV.

(Ibid. fol. CXIII t.° Greg. X. an. II. epist. XXXV. (221.)

I(oanni). Sci Nicholay (sic) *in Carcere Tulliano diacono cardinali committit, quod prosequatur illud, quod fuit ordinatum de consilio fratrum circa nobilem virum comitem Aldebrandinum dictum Rubeum.*

Gregorjus eps. etc. Venerabili fratri I(*oanni*). Sci Nicolai in Carcere Tulliano diacono Cardinali. Salutem etc. A memoria tua excidisse non credimus, quod nuper adhuc apud Vrbem veterem existentes per diversas sub certa forma litteras contra nobilem virum comitem Aldebrandinum dictum Rubeum inquisitionem fieri mandavimus, an circa mortem quondam Henrici de Alamannia, clare memorie R(*iccardi*). in Romanorum regem electi primogeniti, culpabilis haberetur, diversis ad id prosequendum in diversis partibus per easdem litteras deputatis, ut per preparatoria instructione habita per eosdem, posset consultius ad ulteriora procedi. Quia vero a propter nri recessus instantiam effectum non habuit, quod circa hec de fratrum nrorum consilio fuerat ordinatum, volumus, et circumspectioni tue presentium tenore committimus, et mandamus, quatinus ea per te, ac alios praut expedire videris prosequaris. Et ut ad hec possis procedere tutius ecce copiam instrumenti super ipsius comitis obligatione concepti, nec non, et formam predictarum litterarum, ac processus habitos per eosdem, tibi sub sigillo dilecto filii magri Guillelmi de Sto Laurentio Camerarii, et Capellani nri per latorem presentium destinamus. Datum apud Scam Crucem III Nonis Septembris, pontificatus nri anno secundo.

XVI.

(Reg. Vat. Vol. 37, Greg. X, epist. XII.)

(Wadding Annal. Min. edit. 1722. an. 1274, pag. 545 — Ripoll. et Bremond. Bull. Praed. T. I. p. 520. n. 24. — Sbaralea Bull. Francisc. Tom. III. p. 218.)

Patriarchae Aquilegiensi, et Priori Praedicatorum, et Guardiano Minorum fratrum Mediolanensium, ut Guidonem a Monte Forti ab excommunicatione absolvant.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri nostro Patriarche Aquilegiensi, et dilectis filiis priori Predicatorum, et

